dubitatio tãquã à Xenarcho ꝓposita paulo post soluetur.¶ Nũc autem dubitandũ,quõ neq; ignem neq; aliud aliquod ipsorũ quatuor dicit circulariter ferri,neq; ſm naturam,si unus uniuscuiusq; secũdum naturã est motus,super rectam autẽ motus horum,neq; p̄ter naturam si unũ uni cõtrariũ: cõtrarium autẽ est ei qđ sursum id qđ deorsum,sed non ei qđ circulo. Attendere autẽ dignũ ne forte hoc nõ dicat Aristo.nullum quatuor elẽtorum,circulo moueri simplr̃,sed neq; ſm naturam,neq; p̄ter naturã.demõstratum est.n.q; sit aliquid aliud qđ circulo mouetur ſm naturam,quod neq; est ignis,neq; aliud aliquod q̃tuor elẽtorum.si eñi ignis supponatur,neq; ſm naturã utiq; habebit hũc motum,motus.n.ignis est super recta,unus autẽ uniuscuiusq; motus est ſm naturã,non tamen p̄ter naturam:motus.n.p̄ter naturam ignis est deorsum,unũ autem uni cõtrarium.& q; quidẽ nullũ quatuor elemẽtorum est quod hoc circulari motu moueaẽ sic demonstrauit. Quòd autẽ neq; alicuius alterius corporis est hic circularis motus,qđ mouetur ipso p̄ter naturam,simplici existẽte,ostẽdit ex eo q; oportet & illud etiã ſm naturã habere aliquẽ motũ simplicem. Et palã q; ultra rectum & circularem nõ est alius simplex motus.quare iterũ erit utiq; aliqđ quatuor elemẽtorũ,qđ quidem ĩpossibile.hæc igitur habeãt aliquam rõnem.sed si circulariter mouetur ignis,etiã ſm Arist.utrum ſm naturam illo motu mouetur,aut p̄ter naturam:nã si ſm naturã,non amplius unus unius est motus secũdum naturã,si autem p̄ter naturam,nõ amplius unũ est uni cõtrarium:igni n.p̄ter naturã est motus deorsum.Fortè igitur circularis motus igni,neq; ſm naturam est tãquã ꝓprius,siquidem cũ firmamento circũfertur:neq;.n.planetis ſm naturã est ab oriente motus,neq; p̄ter naturã,tãquã cõtrarius ei qui ſm naturam:talis.n.est nociuus & nõ permãsiuus,sed alter qdem p̄ter eum qui ſm naturam tãquã existens alicuius melioris p̄ualentis.Et fortè ꝓpter hoc etiã Aristo.nõ dixit q; p̄ter naturam cõtingit eum qui alterius est & alterius esse,sed uiolentia:est.n.uiolentia utilis,quæ nõ p̄ter naturam,sed supra naturã dicetur.¶ Sed merito interrogabit nos aliquis,si motu circulari posito alieno & supra naturam,totalitas ignis mouetur: habet ne aliquẽ ꝓpriũ motum ſm naturam,an sicut terra & aqua,in seipsis quiescunt,sic superiora elemẽta ꝓprium locũ assecuta.Dico igiẽ q; inclinatio etiam totius ignis ad coelum est,sicut terræ ad cẽtrum.perfectius tamẽ in sequentibus diceẽ,ubi dicet Aristoteles ad idẽ ferri totum & partẽ.¶ Xenarchus autẽ scđam dubitationem in dubitatis circa quintam essentiã post dubitationem de simplicibus lineis,cõtra hoc q; simplicis corporis,sit simplex ſm naturã motus,instat. Ait enim nulli q̃tuor elemẽtorum iã existenti,ſm naturã est qui sit sup rectam motus,sed ei soli quod est in fieri.qđ autẽ fit,non est simplr̃,sed inter esse & nõ esse,sicut & qđ mouetur:etenim hoc est in medio,inter locũ assumendũ & p̄habitum.& est generatio cognata motui,transmutatio q̃dam existens & ipsa,& ꝓpter hoc ignem qui sursum fertur nõ dicimus ꝓprie eẽ ignem,sed ferri,donec p̄ueniat in proprium locũ,& cum superſederit aliis,& quieuerit,tunc factum esse ignẽ ꝓprie,specificatum.n.esse ipsum,ſm quod est leuis positione hac,& terra tunc proprie est terra,quando substiterit aliis,medium autẽ cũ obtinuerit locũ,aqua & aer,aqua quidẽ quando supersederit terræ,substiterit autẽ aeri,aer autẽ quãdo supernatauerit aquæ & substiterit igni.ait igiẽ,hoc scilicet q; simplicis corporis sit simplex ſm naturã motus,falsum est:ostẽsum est enim q; nõ existẽti,sed ei qđ est in fieri,accidens est motus.si ergo oportet & iam existẽtibus assignare aliquẽ motũ simplicem,circularẽ assignare oportet,siqdem hi duo soli simplices sunt circularis & rectus,qui autẽ rectus est,fientiũ est,non existentiũ quatuor.nõ igitur inconuenienter assignabit quis igni circularẽ,tribus autem aliis quietem.¶ Hanc dubitationes soluens Alexã.ait,qđ non penitus perfectis existentibus,existit qui in recta,cõfitente hoc Aristo.in his quæ de generatione,sed & hic cõfitetur etiã dicẽs,q; impossibile erat non esse aliqd in ipsis potẽtia.motus.n.est actus eius quod ẽ ĩ potẽtia,& q; p̄fecta oĩno tũc sunt, q̃n fuerint in propriis ſm naturam locis.Indigere autem,ait,sursum moueri non ad hoc ut fit ignis,sed ad hoc ut existẽs iã ignis sit in ꝓprio ſm naturã loco,ad quẽ ferẽ,& in aliis silr̃. Qđ.n.ait,iã ſm spẽm p̄fectis p̄dicti motus ſm naturã ĩsint,palã est ex eo qđ si qs deorsum in quo iam terra existẽs, actu ẽ terra,eleuatã dimiserit terrã,deorsum ferri silr̃,ablata.n.à ꝓprio loco,nõ cessat eẽ qđ ẽ.Adhuc aũt,ait,si grauis ẽ terra,ignis aũt leuis,ſm naturã aũt sunt his tales motus,nõ euertiẽ sermo,nisi forte leue diffiniat aliqs non qđ sursum ferẽ,sed qđ sup oĩa residet,& graue nõ qđ deorsum ferẽ,sed qđ oĩbus subsidet.Nã & Platonis Timæus demõstrauit qđ sursum & qđ deorsum ad aliqđ magis eẽ q̃ ſm se.Si.n.cõfiteẽ & Aristoteles,qđ ad ꝓpriũ locũ ferri est ad ꝓpriam speciẽ ferri.& Alex. quod penitus p̄fectum est in ꝓpriis q̃escere locis,illorũ maxime diffinitiones oportet assignare.sed q uult ex motibus argumentari,nõ indiget his diffinitionibus.Fortè igiẽ cõcessit & Aristoteles eũ q in recta motũ,esse imperfectiorũ & indigẽtium elementorũ,& existentiũ in generari & corrũpi, uolens autẽ ab his separare coelestia à motu argumẽtatus est,ostẽdẽs illis qdem inesse motuũ congruũ generationi & corruptioni,coelesti autẽ motum susceptiuũ æternitatis.¶ Dubitat autẽ iterũ Xenarchus,

non necessariũ esse dicens si simplicibus & naturalibus corporibus natura assignauit simplices motus ,pprios & cognatos, ,ppter hoc etiã simplicibus motibus assignari simplicia naturalia corpora, neq; eni cõposita cõpositis assignauit, fuisset enĩ ipsorũ multitudo infinita, infiniti enĩ sunt cõpositi motus. ⁋ Ad hãc dubitationẽ existimo dicẽdũ ꝙ cõpositis motibus assignata sunt corpora naturalia cõposita, nõ eo qđ infinita sint: neq; enim cõpositi motus sunt infiniti speciebus, nisi in eo qđ iterũ & iterum sint sicut corpora. quãuis enim unũquodq; corpus cõpositum multis cõpositis motibus moueatur, non tamẽ infinitis specie, sed numero, fm quod infinita sunt: nõ enim ɔtingit infinita esse numero quæ mouẽtur nisi fortè & ipsa, eo qđ ad infinitũ. ⁋ Alexã. autẽ hanc, siue Xenarchi instantiam aliter suscipiẽs, siue alterius memorãs uidetur mihi obuiare ad talem, si cõpositũ factum unum est, unius autem unus motus: idem erit motus simplicis & cõpositi: unus enim est simplicis. Soluit igitẽ Alexan. dicẽs, unus est cõpositi etiam si non simplex, qui enim simplex est, & unus: qui autem unus non semper simplex, neq; enim corpus unum simplex est etiam. quare & compositi, unus quidẽ, sed non simplex, si autem & simplex, non ut cõpositi, sed fm prædominans: in cõposico enim plura sunt motus principia, ,ppter quod & cõpositi. Sunt autem & hæc Xenarchi. ponere autem duas esse simplices lineas, circularem & rectã, quatuor autem terræ & aquæ, aeris & ignis, unũquodq; proprie fm naturam habere motum eum qui in recta, quid prohibet, & horum suppositorum, fm naturam eẽ & circularem, alicuius, aut aliquorũ, aut & oĩum ipsorum, neq; enim & hoc supposuimus unũ esse motum uniuscuiusq; fm naturam. Est autem neq; possibile supponere, falsum enim est manifeste: utrũq; enim eorũ quæ in medio, habet fm naturam duos motus, aqua. n. ex terra qdem sursum fertur fm naturã, ex igne autẽ & aere ad contrarium, & aer deorsum qdem ex igne, sursum autẽ ex aq̃, sed ꝙ supposuimus unũ esse simplicium motuũ fm naturam, palã est dicente Aristo. uiolẽtia. n. cõtingit, eo qđ alterius & alterius, fm naturã autẽ impossibile, siquidẽ unus uniuscuiusq; motus simplicium qui fm naturã. Quòd autem media elemẽta duorũ motuũ principia fm se, palã est hinc, leuis enim est aer, minus autẽ q̃ ignis, & aqua grauis, minus q̃ terra, motus autem deorsum aeri, & sursum aq̃, uiolẽtia & nõ fm naturã existũt. qđ aũt magis & minus est, nõ uariat spẽm. Si aũt aliqs uelit mixtione ɔtrarii, hoc qdẽ minus eẽ leue, hoc aũt minus graue, dicet hæc nõ eẽ ,pprie simplicia, qđ qdem & Aristo. uidetur, sed moueri qdem prorsus à p̃dominãte, aliquando autẽ & ancipitis esse naturæ, corpus enĩ simplex à nõ simplici, in hoc segregatẽ, eo qđ habeat principiũ unius motus. Et ,ppter hoc fortè Aristoteles tãq̃ de duobus simplicibus disputat plurima. has quidẽ igitur instãtias Xenarchi, & ponit & soluit Alex. ⁋ Dicit autẽ & aliã Xenarchus talẽ, circularẽ motum impossibile est esse simplicis corporis fm naturã, siqdẽ in simplicibus corporibus, cũ sint, similares omnes partes oportet esse ęque ueloces, in circulo autẽ q̃ uersus centrũ, semp sunt tardiores, his q̃ uersus circũferentiã siquidem in eodẽ tempore per minorẽ distantiã mouentur, sed & in sphæra circa polos circuli mouẽtur tardius his q remotius sunt & uelocissime omniũ æqnoctialis. ⁋ Dicendũ existimo, & ad hanc dubitationem, ꝙ Aristoteles quidẽ circularẽ motũ simplicem dixit fm lineam circularẽ factũ unũ unius, sermo autẽ dubitans, multos in sphæra circulos inæq̃liter ueloces accipiens. & iterũ in plano circuli, hos quidẽ uersus centrũ, hos autẽ uersus circũferentiã tãquã unum motũ ex oĩbus cõpositũ tentat ostendere, & nõ simplicẽ, quoniã motus qui fm unũquẽq; in sphæra circulũ simplex est, & q fm unũquẽq; eorũ q in plano circuli nõ reflectitẽ. nã similiter simplex ẽ motus q fit à circulis citra polos sphæræ, & ab æqnoctiali, quãuis hic quidẽ tardissimus sit, hic autẽ uelocissimus, & circulorũ descriptorũ uniuscuiusq; simil'r simplex est motus, & simplicis corporis est eius qđ fm illã partẽ. Neq; enĩ dixit Aristoteles ꝙ multi circulares motus sint simplex & unus motus, aut simplicis corporis, sed ꝙ simplex motus q & unus est semp sit simplicis corporis, & simplicis & unius corporis, simplex & unus motus, ut & toti coelo tãq̃ uni indiuiso cõgruat sermo, & si in partes diuidat ipsum aliqs, & unicuiq; cõgruere, solũ tãquã de uno motu, penes unũ circulũ facto, sumẽdam eẽ suppositionẽ. ⁋ Vltimo aũt in his rep̃hẽdebat Xenarchus, ꝙ de naturalibus docẽtes, mathematicas demõstrationes facimus, linearum speciebus utentes, quãdo causas simpliciũ motuũ, ad simplices lineas reducimus, sed siqdẽ mathematice uteremur lineis, in ueritate deuiaremus ab itẽtione, si aũt oĩ motu facto fm distãtiã linearẽ, simplici qdẽ fm simplicẽ: cõposito aũt fm cõpositã in ostẽsionẽ d̃rũ motuũ ,pposuimus species distantiarũ, quo modo naturalia mathematice ostẽdimus? etenĩ lineis utitur & naturalis & mathematicus, sicut & sup̃ficiebus & corporibus, nõ enim uti lineis simpliciter, est mathematicũ, sed uti mathematice. Xenarchus opposuit aduersus suppositiones ab Aristo. assumptas. ⁋ Modernorũ aũt quidam gloriæ, ut uidetẽ, uenator quasdã instantias Xenarchi subiiciens, & alias quasdã tales acceruãs: Aristotelis accusator apparuit, intentionẽ quidẽ totam faciens, ut ait demonstrare mũdum corruptibilem, tanquã p̃mium aliquod magnũ à cõditore accepturus, si ipm conditorẽ solorum corruptibi-

lium oſtéderit,& nullius incorruptibilis.Propter hoc aũt deſideriũ,his quę hic dicunť ab Ariſtotele cõtradicere intédit,,plixis libris ſperans non ſolũ multitudine librorũ ſtupefacere inſenſatos, ſed (pu to)auertens plurimos,& maxime eruditos à lectione tantarũ nugarum, ut indiſcuſſa maneant ſcri/ pta in tot folíis:ex cõtradicere ſolum aduerſus Ariſto.opinioné,ſapientiæ nomen acquirat ſcriptori. ¶ Ego auté noui tales pſumptiones,ſicut uocatos Adonidis hortos florere apud iſenſatos,& ubi ali/ quid eſſe fuerint exiſtimatæ,paucis diebus extingui.& mihi Ariſtotelis negotiũ explanare pponenti ſcdm poſſe uiſum eſt non negligere huius uiri inſtãtias,moleſtantes eruditorũ quidem nullum,ſed ineruditos qui ſemper nouis gaudent & grauiter ferunt antiquorũ uirorũ gloriã.Et adhuc etiã eos, qui putant ſe deum honorare,ſi cœlũ,ut aiunt factũ ad miniſteriũ hoiũm,nihil putent hře ſingulare ad ea q̃ ſub luna ſũt,& ipm ſile his corruptibile eſtimauerint. Iſti n.ſue opioni de deo ɔcordare iſtas inſtantias putantes pro magno honore ducunt cum tamé nihil,neq; horũ ſciant,neq; eorũ quæ Ari/ ſtotelis ɔtra q̃ audét has inſtãtias ferre,ſed ad inuicé trutinátes,& aduerſus nos ſeſactátes,q̆ dogma/ ta Phorum euerſa ſunt.¶ Horũ igitur gřa & ,ppter habẽtes faciliorẽ auditum,& ut Ariſto.de cœlo negocium & pia de uniuerſo notio in antiqua glorioſaq; ſententia,maneant irredargutæ: uiſum eſt mihi & has ,ppnere inſtantias,& ſoluere ſm meum poſſe.conuenientius.n.uidebor coordinare cũ expoſitionibus his,& inſtãtias,& ſolones ipſarum.ſi aũt alicubi uideat contra uirũ hunc aſperiorem facere ſermoné,non indignetur aliquis.non.n.eſt aliqua mihi cõtra uirũ hunc indignatio, qué neq; uiſu noui unquã,ſed primũ qdem diligẽs iudiciũ dignum eſt imponere huic,q didicit ab Ariſto.q/ dem & ab expoſitoribus eius,ſi forte aliquid ab his didicimus:non.n.à Menandro & Herodiano,& à talibus uenit nobis certius Ariſtotele de natura entium eruditus:nec ueritus de Ariſtotele ſcribere qué ipſius artis baſim,imo potius patrem uocãs quis nõ utiq; peccabit,que dq; induſtrius erat obũ/ brare caligine paralogiſmorũ ueritatem,& qđ uarietate ſolutionũ Ariſtoteles obumbrauit ueritaté, ſæpe dicit, ut ſapientior ipſo & expoſitoribus eius exiſtimetur.Deinde uiſum eſt mihi bene ſe habe/ re inductis à pſumptione huius in cõtẽptũ ſcriptorũ Ariſto.& ſic auxiliari oſtendendo deſpicabilẽ ipſius uanæ gloriæ ineruditioné.¶ Primam igiť inſtãtiam uir iſte aduerſus aſſumptas ab Ariſtotele ſuppoſitiones,poſuit,excerptam ab his quę Xenarchi,talé:ſi diuerſi motus à diuerſis fiũt naturis,ex/ traneum utiq; erit,ſi nõ & eorũdem motuum una & eadem ſit natura.quoniã igitur terra & aq̃ am bo ad cẽtrum mouentur,eiuſdem utiq; erunt naturæ & eiuſdẽ ſpẽi.ſimiliter auté & ignis & aer,am/ bo ſurſum lata,ut ſimul ipſi fiat talis,terra aũt & aqua cum ſint ſimplicia corpora, & ad mediũ am/ bo ferãtur,ab eadem utiq; natura mouebũtur ſm Ariſtotelé,quæ autem ab eadé natura mouẽtur, eiuſdem naturæ,& eiuſdem ſpẽi ſunt:quòd,ait,euidenter incõueniens eſſe,ſi uere hoc qdem ſiccum eſt,hoc aũt humidum.In his itaq; nota dignũ eſt,primo qdem,quæ opportunitas aggrauationis ab/ ſurditatis,cũ ipſe Ariſtoteles plane dicat unũ & ſimplicem motũ unius & ſimplicis corporis ſm na/ turam eſſe,ad quod ſeqtur,diuerſos motus à diuerſis fieri naturis.iſte auté accipiens hoc confeſſum dixit extraneũ eſſe,& q̆ nõ eorũdem motuum eadẽ ſit natura,qđ tãquã inconueniẽs ſuperinducit, tanta apud ipſum eſt inſenſibilitas conſequentiæ ſermonum.¶ Sciendum autem deinde quòd & ſi genere unus ſit deorſum motus,& rurſus qui ſurſum, ſpecie tamen ſunt differentes qui terræ & aquæ:terra enim ad centrum uadit, & hoc uult circumplecti, & omnibus ſubſtare aliis ele/ mentis, aqua autem non ad centrum habet impetum,ſed uult ſupernatare terrę,& ſup hãc reſide/ re:ſimiliter autem & ignis,& aer ſe habẽt adinuicem,nõ.n.ſunt duo ſoli termini motus rectĩ,ut iſte exiſtimat.i.ſurſum & deorſum,ſed utrũq; horũ in duo diuiditur.,ppter qđ & q̃tuor facta ſunt,quæ ſuper recta mouenť,deſcenſu quidé diuiſo,in motũ ad centrum,& ad ſuperficiẽ terræ,aſcẽſu autem in eum q ad cõcauũ cœli terminať,& in eum qui ad cõcauũ ignis.quare ob hęc non eodẽ motu mo/ uentur aqua & terra,neq; aer & ignis.ſi aũt ſcdm q̆ deorſum aut ſurſum dicat quis eodẽ motu mo/ ueri,& naturã utiq; eandẽ habebũt,ſi enim naturã nũc accipit Ariſtoteles principiũ motus,nõ cuiuſ cũq;,ſed eius qui ſm locum, ut inſinuat cum dicit: oĩa enim naturalia corpora & magnitudines ſm ſe mobilia dicimus,eſſe ſm locũ:naturã enim dicimus motus principiũ in ipſis,oĩs autem motus qui cũq; ſm locũ ſit,aut rectus,aut circularis,aut ex his mixtus eſt:palã eſt,q̆ habentia eũdem motũ ſm locum,& naturã utiq; eandẽ habebũt,ſm id quod nunc dicit, ſed non ſicca ſimplr,aut humida,nam quantum eſt in talibus differẽtiis,& lapis,erit differens à lapide,& later à latere,& aqua ab aqua Si aũ tem hoc ſequitur diuerſos motus à diuerſis fieri naturis, hoc autẽ uerum eſt oĩno,qualiter igitur ſequũtur incõuenientia?ex uero enim nõ ſequiť falſum,ut didicimus,ſed iſte tanq̃ ɔfeſſum accipiẽs, & q̆ diuerſa ſint ſm naturã,aqua & terra,cum hæc ſit humida, & hæc ſicca,quãuis non ſm hæc nũc accipiatur natura,& q̆ eodẽ motu mouenť deorſum,quãuis neq; hoc ſm idem habeãt: ſecũdum ad dit falſum,in quo & cõſequẽtibus abutiť,talé,ſi q̃ differẽtes natura ſunt,ſicut terra & aqua,cõtingit

moueri eodé motu,cum oppositione/ait/conuertés,& q̃ non eodé motu mouenť nihil ꝓhibet eiusdem naturæ esse: cœlum igiť eum his q̃ sub luna sunt,eiusdé esse naturæ nihil ꝓhibet, & similr̃ illis corruptibile. Ad hoc enim intétio sua tendit, & est qdem ex dictis iam patens incõuenientia rõnis,si natura est principiũ motus qui ẽm locũ,ut iste cõfitetur. Quoniam aũt frequéter utitur cõuersione cum oppositione,nihil forte ꝓhibet ostendere,neq; deductioné suam ipm scire.sermone enim interrogato sic,si differétia ẽm naturam ↄtingit moueri eodé motu,q̃ non eodem motu mouenť,nihil ꝓhibet {quod idem est ei,quod est/contingit} indifferétia ẽm naturá esse. Primo quidé negatiuá particulam nõ apposuit cum modo in assumptione oppositæ negationis ↄsequéti affirmationi ẽm legé dialecticæ.Cum enim dixisset eodé motu cõtingit moueri, & huic affirmationi oppositá negationé uellet accipere,non dixit,q̃ non cõtingit eodé motu moueri, sicut oportebat ad modú apponi negatiuam particulá,sed q̃ non eodem motu mouenť,cõtingit indifferentia ẽm naturá esse. quomodo igiť possibile est eam q̃ cum oppositione cõuersionem cognoscere ignoranté negationé oppositá sequéti antecedétis affirmationi? Et quid dico de ea q̃ cum oppositiõe cõuersione,quomodo possibile ie st syllogismum aliqué cognoscere, ignoranté q̃liter ex affirmationibus fiãt negationes? Et hoc etiá ignorauit q; in materia cõtingenti,in q̃ non magis sequitur positũ q̃ oppositũ sibi, nõ habet necessitaté q̃ cũ oppõne cõuersio.tale.n.cõsequés iste accipit,ut oppositũ ipsi magis sequať ad añcedés,q̃ qđ ipe accipit,dñtibus.n.ẽm naturá magis ↄseqtur q; non eundé motum habeant,sed differenté,q̃ q; eundé. hoc auté sic se habente,nõ adhuc opposito cõsequentis necessario sequiť oppositũ antecedentis, qđ qdem requirit ea q̃ fit cum oppositione cõuersio,sed magis ipsum antecedés,huic enim qđ nõ eundé motum habet,magis loquiť q; differentia ẽm naturam sint,q̃ q; eadem. Fortasse auté non é incõueniens ꝓpter tardiores aliq̃ de his ꝓponere ⁋ Sciendũ autem q; in cõtingentibus, siquidé sic accipiať cõsequens,ut omni antecedéti inesse possit,& nõ inesse,ut si dicamus, si homo est,grãmaticũ ipsum esse cõtingit,tunc recte sumi potest negatio opposita sequenti affirmationi, sic/si nõ cõtigit grãmaticum esse,sequitur oppositũ antecedenti,q; non sit homo, si uero cõsequens sic accipiatur/seq cõtingenter,ut cõsequens nõ omni insit antecedenti.eteni & hoc contingenter diciť seq,ut si dicas,si animal est,cõtingit superioré maxillá mouere,tale enim animal est crocodilus,tunc nõ amplius saluatur cõuersio,quáuis recte quis acceperit oppositũ cõsequenti.huic enim qđ est, non cõtingere superioré maxillam mouere,qđ oppo niť huic,cõtingere superioré maxillam mouere,non sequiť,q; non sit animal.plura enim animalia nõ mouent superioré maxillá, sed inferioré tantũ. tale aũt est & cõtingens quod ab hoc acceptũ est,quáuis enim uere accipiatur, q; differentia ẽm naturá eundé habeat motũ, non oĩbus differentibus ẽm naturá inest hoc,sed forte paucissimis qbusdam,pluribus auté cõtrariũ inest.ꝑterea oppositum consequentis.s.non contingere eũdem motum habere,magis inest antecedenti,q̃ opposita ipsius:magis.n.non cõtingentia eũdem motum habere sequiť differentibus ẽm naturam,q̃ horum oppositis,scilicet indifferétibus,quemadmodum si dicam,si par est,contingit nõ usq; ad unitatem diuidi,ut in numeris pariter imparibus uocatis se habet,& ipariter paribus, deinde accipiam dictũ in pariter paribus & capiens oppositum cõsequentis.s.non contingere non usq; ad unitatem diuidi,concludam oppositum antecedétis.s.non parem esse,non erit uerum,nam pariter parem qui est maxime par non contingit nõ usq; ad unitatem diuidi.Sed & si differentia ẽm spẽm eẽ sub eodem genere contingit,utputa hoiem & equum,sub animali náq; sunt.ergo quæ nõ contingit sub eodé genere eẽ indifferentia specie sunt:aut ut iste inartificialiter protulit,quæ non in eodem genere sunt,cõtingit specie eadé esse,ẽm eam quæ cũ oppositione est cõuersioné,ut homo & ficus quę altera habent genera.s.animal & plantam,erunt eiusdem spẽi,quod quidem est impossibile? Quę.n. sunt eiusdem spẽi,& eiusdem generis sint prius necesse est,si uere ex genere & differétia est species, & ita quidem quáuis uere acceptũ fuerit cõsequens,contingéter tamen nõ saluatur necessitas eius q̃ cum oppositione est cõuersionis.Iste autem & antecedens falsum accepit accipiens naturá ẽm caliditatem & frigiditatem,nõ penes motum ẽm locũ,ut Aristo.uoluit,& consequens falsum : non.n.eodem motu mouenť terra & aq̃,sed hæc qdem ad centrum,hæc autem ad terrá,sed & cõiunctum falsum accepit. Si.n.differentia est ẽm naturá,est auté natura principiũ & causa motus,& maxime eius qui ẽm locũ,necesse est diuersis motibus ipsa moueri,& nõ eodé ut iste putat:si.n.principiũ & causa motus est differens,palá q; & motus differens erit.sed & cõuersionem uideamus, quam iste ↄiunctum uocauit,nesciens quidem nomina consueta his syllogismis:quia non uocant coniunctum, sed acceptionem quidem oppositi consequentis,uocãt assumptionem,acceptionem autem oppositi antecedentis nominant illationem.Peccauit igitur merito cõuersio quæ dicit,quæ diuerso & non eodem motu mouentur,contingit eiusdem naturę esse,nõ solum quia negatione ꝓlata, negatiuá particulam non apposuit modo.s.contingit, & q̃a totaliter in tali ↄtingenti materia non ꝓcedit, sed & q̃a

impossibile

impoſſe eſt,habentia differenté ſm naturam motũ,eiuſdem eẽ naturæ, ſi uere natura eſt principium motus.nũquid non uir iſte deridẽdus eſt?ea q̃ cum oppõne cõuerſione utens,intãtum ipſam ignorans?Conſequẽter aũt poſtquã cõceſſit,cœlum neq; leuitaté,neq; grauitaté habere,conatur oſtẽdere q; nihil prohibet ipſum caliditatem & frigiditatem habere,ſcribit autem ita. Neceſſe enim & me nugari, neq; enim ſi leuia corpora ſemper & calida exiſtunt, & ſi grauia ſemper ſunt frigida, ſequetur ex neceſſitate, ut quæ neque leuia, neque grauia ſunt, à frigiditate & caliditate remota ſint, non eſt ſana quæ fit ex antecedente conuerſio. Ecce enim,ſi aliquis homo ſemper & animal eſt, non tamen ſi quid non eſt homo,uerum eſt,neq; animal eſſe. oportebat autem intelligere q; ſi leuia calida ſunt,adhuc magis calida,magis leuia erũt,ſubtiliũ enim partiũ ſunt,quę calida,ſubtilitati aũt partium,leuitas aſſequit̃,ppter hoc aũt eadẽ & frigida rõne frigiditatis.ſ.ſpiſſitudine grauia.ſi uero adęquẽtur hæc,nihil phibet & ab antecedẽte fieri cõuerſioné, ſi enim hõ eſt,riſibile eſt,& ſi non riſibile,neq; homo.uerũ etiam dices ſi dicas,& ſi non eſt hõ,nõ eſt riſibile,quia adæquãtur ambo.q̃re hic uidetur pprietates eius q̃ cum oppoſitione cõuerſionis ignorare, & cœlũ fruſtra ab ipſo frigidũ aut calidũ iudicat̃.Aliud quoq; his q de ſimplicibus motibus ſmõibus adducit tale,ſicut i q̃tuor elementis,ſi genere unus eſt rectus motus,igitur qm̃ ſm ſpecié differt qui à medio,ab eo qui ad medium,ppter hoc differũt ſpẽ ignis & terra,ſic quoniã differt motus ab oriente,ab eo qui eſt ab occaſu,ſm ſpecié uariari poterũt,q̃ mouẽtur, planetas dico: ſiquidé uelocitate differũt abinuicem ſm naturam:ſicut terra & aqua,quãuis eãdem habeãt inclinationé ad deorſum, differũt tamé ſm ſpeciem, propter celerius moueri & tardius.nõ quinque igit̃,ait,ſunt ſimplicia corpora,ſed tot numero quot ſphærę,& quatuor elñta.Sed mihi uidet̃ homo iſte,neq; hic ad intentioné Ariſtotelis aſpexiſſe,neq; enim cõtradiceret Ariſtoteles q; non eſſet cœleſtiũ ſphærarũ aliqua ſm ſpẽm differẽtia, ſicut & elñtorum ſub luna,nã & ipſe à cœleſtibus ſphęris,multitudiné imobilium ſubarum ſyllogizauit,ſcdm ſpẽm uidelicet differẽtiũ:nõ ſanè ſm materiã,ſed ſicut oĩbus ſublunaribus ſm rectã moueri cauſale argumentũ putat generationis & corruptionis, ita cœleſtibus circularé motũ idonee ſuſcipere ppetuitatem arbitrat̃ ſiue ab ortu,ſiue ab occaſu,ſiue celerius,ſiue tardius, circularé motũ peragant,& propter hoc ſemp eſt in fine, ſemper in principio & indeficiẽs,& ppetuus, ut demõſtratũ eſt.Iterum autem,ſiue à medio,ſiue ad mediũ,ſiue celerius,ſiue tardius qui ſuper recta fit finitus eſt, & pp hoc ad generationé facit.huius auté,q; quę ſub luna ſunt,diuidunt̃ in q̃tuor,& q; cœlum interim ſumit̃ indiuiſum,cãm exiſtimo hoc, q; eorum q̃ generãtur & corrũpunt̃,de quibus plurimũ phyſiologia pertractat,principia uoluit diſcernere,à quibus cãs eorum q̃ in eis accidunt ſumit. Qm̃ quãtum ad differẽtiam cœli & ſublunariũ ſufficit rectus motus, tãq; unus ad unũ circularé determinatũ, nãq; & Ariſtoteles plurima non tanquã de quatuor,ſed tanquã de duobus ſublunaribus diſputat,in ſequẽti auté libro,firmamẽtũ etiã à planetis diſtinguit. Iſte autem in ſeptimo ipſius cap.ait,ſi bene notauit Alexan.quod pprie hunc dicit Ariſtoteles circularé eſſe motũ,qui fit circa centrũ uniuerſi,neq; proprie circulares,neq; ſimplices erunt planetarũ circuitus,& aſtra etiam pprio motu p̃ter ſphæras mota,ſm qd Aſtronomis uidet̃,mouẽtur circa ppria centra,cum non ſint eiuſdẽ centri cum uniuerſo, neq; ipſa aſtra,neq; horũ epicycli,neq; ſphærę uocatæ ecẽtricę.palã q; ui ppe mouẽtur circulari motu,non ſimplici, ſed cõpoſito ex eo q deorſum & eo qui ſurſum. Quãuis enim p̃ter Ariſtotelis ſuppoſitiones ſint hæc,ait,tamé manifeſte apparent aſtra uiciniora terræ,& remotiora. Dicitur igit̃ q; in his Ariſtoteles hoc ſolum dicit,q; circularis motus circa mediũ eſt,hoc enim oĩ motui circulari conuenit.ſi auté in aliis corpora circulariter lata,circa centrũ uniuerſi moueri dicit: ſciendũ q; ſm antiquorum Aſtronomorũ ſuppõnes facit ſermoné,qui enim ſecuti ſunt Eudoxũ & Calippũ,ſupponẽtes ſphæras reuoluentes ↄcentricas uniuerſo per illas conãtur ſaluare apparẽtiã,circa centrũ uniuerſi dicentes moueri oẽs ſphæras. remotionũ aũt & appropinquationũ & directionũ & ſtationum & retrogradationum,& irregularitatũ in ipſis apparentium,cãs non ualentes ſm illas ſuppoſitiones aſſignare,ppter hoc Hipparcus,& ſiquis cõtemporaneus ipſi fuit & poſt eum Ptolemęus ſphęras eccentricas & epicyclos ſuppoſuerũt,eo q; oĩa cœleſtia moueri circa centrũ uniuerſi noluerũt,dictorũ aũt prius cãs ab illis p̃termiſſas,iſti ſm has ſuppõnes aſſignarũt. Ariſtoteles igit̃ hic quidé nihil dicit de his,ubi aũt loquit̃,uidetur ſequi ſuppoſitiones priorũ. palã autem q; differre circa has ſuppoſitiões non eſt crimen. ppoſitum.n.eſt,quo ſuppoſito ſaluari poſſint apparentia. Nihil igitur mirũ ſi alii ex aliis ſuppõnibus conati ſunt ſaluare apparentia, aſtra aũt quãuis mouent̃ circa ſua centra, tamen & circa centrũ uniuerſi à ſphæris circũducta mouentur. Apud quem aũt Aſtronomorũ inuenit iſte q; aſtra circa ſua ipſorũ centra mouent̃?an ab his q̃ i libris Ptolemæi negligẽter audiẽs q; alii qdé ſunt numeri centri epicycli,alii aũt ipſius aſtri,putauit hos eſſe motus ipſius aſtri circa ppriũ centrũ,nõ attendens q; numeri quidé iſti ſunt tanquã trãſeuntis aſtri, motus autem qui circa centrũ non ſit,ut

transeũte ipso, sed numeri quidem centri epicycli insinuãt motũ eccentrici in quo ferẽ epicyclus, qui
autem astri motũ epicycli in quo fertur astrum, ipsius aũt astri motũ circa ꝓprium centrũ impoſſe est
dephendere in quãto tpe restituitur: neq; enim transgrediẽ locum ex loco sedm hunc motũ. Propter
hoc Astronomorũ nullus conatus est restitutioné astri circa ꝓprium centrũ, in quãto tépore fiat col-
ligere, neq; enim comphensibile erat. Plato uero & hũc astrorũ motum nouit. Aristoteles uero quid
de motu astrorum opinetur in secundo huius negotii dicet. Adhuc non ex similibus/ait/ Aristote-
les fecit elementorum & celi disquisitionem, hic quidem totum accipiens in proprio loco motum,
hic autem partem ex propriis locis remotam, & in eo qui præter naturam factam. Dico igiẽ & hoc
breuiter ꝙ intentio Aristotelis est ostendere coelestia alterius naturę quàm quatuor elñta ex diffe-
rentia motuũ. qm̃ igitur horũ partes mouenẽ & à loco qui ꝓter naturam, & motu ad generationé fa
ciente eo qui super rectam, coelum aũt totum ad perpetuitatem cognato motu. s. circulari, merito ab
his hæc qdem esse generabilia syllogizauit, hoc auté perpetuũ: non inconuenienter auté Aristoteles
supposuit & totam terrá extra medium: ut ostendat totius inclinationem ad centrũ tendentem. eui-
dens nãq; est ꝙ quãcũq; quis ipsius accipiat partem, talis est. Nõ igitur necesse est differentiá substan
tiæ à motu syllogizãtem quæ mouenẽ fm naturam comparãdo assumere, sed & si hoc qdem ps fue
rit, hoc autem totum, & hoc quidem in loco ꝓter naturá, hoc aũt in loco fm naturá semper. Hæc. n.
& euidentius ostendunt differentiam, qa ab his quidem uatę sunt separari partes, à coelo autem non
possunt, & hęc quidem in loco ꝓter naturam nata sunt fieri: hoc autem semp in eo qui fm naturam
esse, & totalitates igitur elñtorum, aut manent, aut circulo mouenẽ, sed sufficit à partibus ipsorũ dif-
ferentiá fm naturá accipere, & maxime quando omnes partes similem inuicem naturá habere uidẽ-
tur ut partes terrę, ad medium tendentes, & aquæ supernatantes terræ, si aũt totalitates elementorũ
super recta non mouenẽ, merito partium differentia distinctioné coeli manifestauit. Iste auté uolens
coelum corruptibile esse, conatur eiusdem naturæ cum elementis ipm ostendere, & ob hoc eodẽ mo
tu moueri: circulo enim/ait/mouẽ & ignis & aer, fm ꝓpriam naturam hũc habentia motũ sicut &
coelum: aut enim fm naturam, aut ꝓter naturam. Melius est aũt neq; esse oino q̃ semper esse in eo qđ
est ꝓter naturam, erit autem, q̃re & ꝓter naturam, partibus ipsius ꝓter naturam existentibus. hæc si-
biipsi continens imoratur, & in eadem sentẽtia sępe eadem garrit. Dictũ est autem ad ipsam dubita-
tionem prius, & magis (ut existimo) distincte, dicat autem & nũc, ꝙ circularis motus ignis nõ est pro
prius, siqdem cum ultima sphæra circũfertur, sicut neq; planetarũ ab ortu, est ꝓprius, non tamẽ pro
pter hoc ꝓter naturam, neq; ut noxius, sed ut super naturá, fm qđ à meliori obtinẽ, natus eo motu
qui melioris est moueri, sicut & anima ad speculãdũ nata est, nõ tamẽ mouetur motu dei. Q̃uo autẽ
putat ꝓprium ignis circularem motũ, cum restituatur cũ ultima sphæra, & his quæ ab ipsa mouen-
tur? Adhuc autẽ & cõtra hunc instat sermonem, qđ uiolentia qdem contingit motum alterius & al-
terius esse, fm naturá autem impossibile: terræ enim & aquæ fm naturá est ad mediũ uniuersi mo-
tus. Nõ bene autem putat aquæ inesse hãc inclinationem, sed terrę supernatare, & si usq; ad centrum
procedit remota terra, ut comphendat alicubi terram quá imitatur ꝓcedit. & si auferat quis à cẽtro
terram, centrũ (ut existimo) pertrásibit aqua, quærens terrá. Probat autẽ hoc, ꝙ terra supposita scdm
naturam quiescit, nec ulterius uult ꝓcedere inferius, nisi quatenus subtracta terra, necesse est ipsam
fluere ad cõcauitatem, cũ sit fluxibilis. Si aũt ut iste putat utriq; est fm naturá qui ad medium uni-
uersi motus, nõ adhuc eo qui alterius, sed eo qui suiipsius utrũq; fm naturá mouẽ, adiecto autem
textu qui dicit, Adhuc pręter naturam cõtrarius ei qui fm naturá etc. Per quæ ostendit Aristoteles,
ꝙ circulatio nõ solum fm naturam nõ est alicuius elemẽtorũ, sed neq; ꝓter naturam, in multis deli-
rans (ut existimo) conatur ostẽdere ꝙ non est ꝓter naturam circulatio igni, & Aristo. idem dicẽte, ex-
cepto ꝙ ille, neq; ꝓter naturam, neq; fm naturam ait. Iste autẽ uult quidem ipm fm naturam inesse:
ostendit autẽ interim, ꝙ nõ præter naturá, Aristotelis demõstratione utens. si enim unum uni est cõ
trarium, cõtrarius est autẽ ignis motus fm naturá, motui deorsum, nõ utiq; erit & circularis motus
ipsi contrarius, q̃re neq; ꝓter naturam. qđ enim ꝓter naturam/cõtrarium. fm naturá ergo igni in ꝓ-
prio loco existenti, circularis motus: oportebat autẽ Aristo. utẽtem demonstratione excitari ad inqui
sitionem magis, qa Aristoteles quod uidebatur ꝓnunciãs, uoluit dicere, neq; fm naturam, neq; ꝓter
naturam ipm circulo moueri, quãuis motum circulariter: sed quo mõ (ut dixi) motum exercet q nõ
est proprius fm naturam quis dicet? Melius igitur si uere est omnino simplex, super naturam ipm
dicere, ut & unus unius sit, motus fm naturá, quod qdem & ipse falsificat, duos motus ignis fm na-
turam dicendo, hunc qdem sursum partium ipsius à totalitate abstractarũ, hunc autem circularẽ to
talitatis, quare & coelũ circulariter motum/nihil ꝓhibet esse ignem, neq; ꝓter naturam ipsi inerit mo
tus. Et palá est ꝙ in oibus his se decepit ꝙ circularem motum coelestem existẽtem, non super natu-

ram putauit inesse igni,sed ſm naturam,esse auté aliquem & super rectam in ipso motum propriũ ignis,ascendentibus & descendentibus partibus ipsius aliquibus & rarefactis & inspissatis uere dixit Alexãder,ostendens esse motũ mixtum,& non adhuc simplicem,& sic cõcludens,ꝙ neq; ſm naturã, neq; ꝑter naturam inest igni circulatio,& ꝓpter hoc neq; duos eiusdem motus esse ſm naturã, neq; duo uni cõtraria,sed ꝙ & circularis quidem est in igne motus,& rectus,ut dictum est,ac circularem quidem à coelestibus super naturam ipsi datũ esse,dicẽdum:rectũ autem esse partiũ ipsius.¶ Iste aũt insistit contẽdens ostendere ꝓprium esse totalitatis hypercaumatis circularẽ simplicem motum,qui neq; coelestia prius concedit talem habere motum.Causa autem est,qa putat ex hoc cõcludere,ꝙ quãuis circulari & simplici motu coelum moueatur,nihil tamẽ ipsum ꝓhibet eiusdem naturæ existens cum his quę sub luna similr̃ illis esse corruptibile:& sufficiebat quidem ad hanc intentionem impiã simul & irrationabilem,ostẽsum fuisse prius ꝙ nõ est proprius hypercaumatis circularis motus,sed à coelesti circulatione,inditus super naturam,ut ostendũt ibi consistentes apparitiones coorientes simul & occũbentes cum astris,etiã ad multos dies. Sufficiebat rursus attendere ꝙ quãuis coelũ igneũ esset,circularem simplicem habẽs motum,perpetuũ tamẽ esset,nõ ſm totalitatem solam sicut ignis, sed & ſm partes,si nulla harũ abstrahitur à ꝓpria totalitate,& iterum ipsi copulatur.quare & si nõ ob aliud,saltem alterius esset naturæ,q̃ elementa quæ sub luna,ꝓpter quã non solum ſm totũ,sicut elementa,sed & ſm partes ingenitũ est ob hoc ipe & incorruptibile.Quoniã autem multa dixit aduersus Alexãdrum ostendẽtem nõ simplicem,sed mixtum eẽ motum hypercaumatis,illorum pauca discutiendum est.Dicit igitur,quãuis hæc quidem ascendant hypeccaumatis,hæc autem descẽdant, & hæc quidem inspissata, hæc autem rarefacta, & palàm quòd hæc quidem pars uelocius mouetur,hæc autem tardius,nihil minus est simplex circularis motus totius. Contingit enim/ait/ & igne sursum lato & aqua deorsum partium ipsorum, quasdam quidem huc,quasdam autem illuc ab aliquo uento impelli,attamen totum simplici motu mouetur,qui à medio,& ad medium: quãuis utiq; quis dicet,tũc proprie simplicẽ illius ignis & aquæ motũ,moto composito ex dissimilibus partibus,& hac ꝗdem sursum,hac autem deorsum trahẽte,quando & uerisimile sit motũ fieri obliquum in his quæ recte mouẽtur. Ac sphæra Veneris inqt circũducta,ipsa Venus mota in ꝓprio epicyclo,quãdoq; terræ uicinior,quãdoq; remotior fit quod & in reliquis erraticis eodem mõ cõtingit, & tamẽ totum coelũ uno & simplici motu mouet̃.oportet autẽ annotare quid hic ↄfitetur nũc,quãdo putat posse ex ipsis alia euertere.Notare etiã ꝙ ab inexperientia Astronomicarũ suppositionum garrit.quis enim qualitercũq; eruditorũ non nouit ꝙ talem habẽt intẽtionẽ astronomorum suppositiones,ꝙ circulari & regulari seruato motu,coelestium per ipsas diuersitates motuũ,& ascẽsiones & descẽsiones,& stationes ac directiones & retrogradationes,& apparentias,& oĩa quæ contingũt,circa ipsa demõstret̃ quo mõ fiant?Etenim uniuscuiusq; eorũ quæ ibi sunt,motus est simplex & ęqualis. quãuis igitur circũducantur cũ totis partes:tamen neq; totius motus fit compositus,sed simplex manet,& partibus sic tradit,neq; partes suum ipsarũ motum cõpositum habent,sed illo manente simplici,alium diuiniorem & simpliciorem à totis assumũt.Sed neq; siqua particula aeris,aut ignis rarefit,aut inspissatur,hoc facit nõ simplicem esse motũ totius:prorsus enim rarefactio & inspissatio,alterationes sunt,& nõ ſm locum motus. Etenim si glebã/ait/delatam ad mediũ calefieri & frigefieri accidat,nõ est causa ꝙ nõ sit simplex motus.¶ Vide quã stulta sint quæ ab eo dicũtur, non.n.intelligit ꝙ id qđ rarescit,leuius fit:quod autem inspissatur grauius:& ita inæqualiter ueloces fiunt partium motus ſm locum,sed neq; aqua quãdo deorsum fertur,& fit glacies,habet simplicẽ motũ ad deorsum:ut putat iste.¶ Rursum Alexã. ꝓponens lr̃am quę dicit. {Simul enim ipm quod fert̃,necesse & ſm ꝓpriam inclinationem moueri,aut sursum siquid leuiũ fuerit,aut deorsum siquid grauiũ} fieri igitur ipsius motum mixtum ex recto & circulari,ibi maligne interꝑtatur,ut de toto intelligẽs sursum & deorsum,& conatur ostendere ꝙ neq; põt sursum moueri ignis tangens lunarẽ sphærã, neq; deorsum ſm naturam:palã est autem ꝙ & toto sub coelo circulariter moto partes/ait/ipsius,has quidem sursum,has autem deorsum mouentur:ut manifestat ab ipso prius exposita Alexandri lr̃a:neq;.n. simpliciter/ait/mouentur circulariter hoc motu ignis & aer,neq; super recta,sed mixto motu:etenim in altum ꝗdam ipsarum inęqualiter ꝓcedunt,& quietiores fiũt in tali circũductione, & adhuc rarefiunt & inspissantur, quædam ipsarum dixit inæqualr̃ , & nõ tota rarefieri,aut inspissari,quæ ꝗdem differẽtiam motus localis faciẽtia nõ concedit simplicẽ esse motũ,eum qui ſm locũ.quoniã autẽ sæpe producit hoc {si nõ ſm naturã est circulatio hypeccaumati,& aeri,cum ꝑter naturã insit,nõ utiq; diu permaneret:etenim Aristotelem dicere,ꝙ citissime corrũpuntur quæ ꝑter naturam} memorari oportet,& ꝙ non oĩno simplex est illorũ motus:ut Alexãder ostendit ꝓpter implicitũ esse eũ qui super rectã motũ ascendẽtium & descẽdentiũ,& quia circularitatẽ habẽt super naturã,qđ ꝗdem cõsen-

tiæ magis participātia. quāuis igitur Ptolemæus, & Plotinus, & Proclus, & ipse Aristoteles ignē moueri dicāt isto motu, nō tamen dicūt ꝓprium ipsius hūc motum esse, ꝓpter conuolutionem cū ultima sphæra, sed aptū natum quidem eē, ad ipsum ut non uiolētia trahatur, sed cū alio moueat: ut & planetæ cū firmamento, etenim horū non est ꝓprius hic motus, non tamē uiolētus sed supernaturalis. Hæc igitur quę hactenus attulimus, ab isto aduersus Aristotelem dicta sunt, & (ut existimo) soluta. redeundum est autem iterum ad ea quæ deinceps sequuntur.

At vero & primā necessariū est esse talē lationem. perfectū enim prius natura imꝑfecto, circulus autē perfectorū. Recta autē linea nulla, nō enim infinita, habere enī potest finē & terminū, neq; finita vlla. omni enim erit aliquid extra, augeri enim cōtingit quācūq;. itaq; siquidē prior motus prioris natura corporis, circularis autē prior recto, siq; rectus simpliciū corporū est, etenim ignis recta fertur sursum & terrea corpora deorsum, ad medium: necesse est circularem motum alicuius simplicium esse corporum, mixtorū enim lationē dicebamus esse secūdum prędominans in mixtura simpliciū.

Com. 12. Ostenso quod est simplex motus secundum naturā quidem circularis alius præter rectum, & quod simplex motus simplicis corporis, cōclusit ex his quod est aliquid simplex corpus aliud præter quatuor elementa recti motus, quando neque secundum naturam, neque præter naturā possibile est aliquod quatuor elemētorū moueri circulari motu, neque secundum naturā: ostendit consequenter quod & prius corporibus recti motus est corpus circulariter motum & diuinius, ostendit autem hoc, ostendendo circularē motū secundum naturā esse primū aliorū motuū. hoc autē, ostendēdo circularē lineā natura priorē esse recta. hoc autē ostēdēdo ipsam eē perfectā, rectā autē imperfectam, sicut & ex eo quod simplex erat circularis motus, ꝓbauit aliquod corpus eē simplex, quod circulari motu moueatur secundum naturā. ex eo autē quod simplex erat circularis linea, ꝓbauit quod simplex erat circularis motus, simul autē cum primo ꝓbatur & simplicitas: prima enim semper sunt simplicia, ꝓpterea quod simplicia præcedunt naturā cōpositorū. Ostendit autē & in octauo phy. quod circularis motus est prior recto, ostendit autē hoc ibi ex eo quod perfectus & simplex & ꝓprie cōtinuus sit, hic autē ex perfectione fit demōstratio. quod enim perfectū sit prius natura quam imperfectum, palā. siquidem ex perfectis imperfecta. quod autē perfectus sit circularis motus, ostendit ex eo quod circulus est perfectus. hoc autē ex eo quod finitus est & finē habet, quod quidem perfectis conuenit. & etiā ex eo quod additionē non suscipit, manente specie. additio enim fit secundum deficiens. ostendit autem nō in circulo hoc, sed ostendēdo rectā imperfectā esse per hoc quod hæc nō contingunt circulo, sed opposita, ostēdit circulū esse perfectū. Quod autem omnis recta sit imperfecta, ostēdit primo diuidens illā in infinitā & finitā. omnis enim aut infinita est aut finita, non quod sit infinita recta, secundum ipsum, finito existente uniuerso, sed quia quidam putauerunt esse, & quamuis non sit, tamē à phantasia semper augmētatam, cōprehendit diuisionē, contradictionē interimens. Si igitur infinita est non habēs finem aut terminum, sed interminata existens, nō utique erit perfecta. perfectū enim quod consumatum iam & terminatū & non hñs defectum eorum quæ sui ipsius sunt: finita autem habet aliquid extra, ita ut apta sit augeri, quod autē augetur nōdum omnia quæ sui ipsius accepit, & imperfectū est. Circulus autē & finitus est & habens finem, & nihil extra augeri nō potest manente specie. Alexāder autem circulū ostendit perfectum, ex eo quod principium mediū & finem habet, siquidem principium ipsius/ait/ centrū, terminū autem extremā lineā, medium autem intermediū horum planū. Instandū autē puto, quod forte Aristo. nūc circulū lineā accepit, in qua motus perficitur, non superficiē. ꝓpter quod neque uoluit sic ostēdere, ut Alexander. sed ex eo quod finitus est, & additionem non recipit. habere autem potest & principiū & medium & finem, differēter tamen, quia ubique horū est unūquodque, quodcūque enim ipsius acceperis, hoc & principiū & mediū & finis esse potest. & erit utique hoc (ut existimo) argumentū, quod circulus sit omnino perfectus, siquidē diffinitionē ipsius perfectio insinuat. Sed quomodo omnis finitæ lineæ est aliquid extra? diametri enim uniuersi finitæ existentis quid erit extra? siquidē nihil est extra mundū. quomodo autē nō est incōueniēs omnem rectā esse imperfectam, si uere species aliqua est rectæ, quæ debeat perfectione participare, sicut & aliæ species. quæ licet sint imperfectæ rectæ, tamē oportet esse & perfectam penitus aliquā? Alexāder igitur cuiq ratione potentibus nobis augere omnē acceptā ita intelligit, nō recta augumenta sed tantū recta, quare species quidē rectæ secundum quod recta, perfecta penitus & in parua & in magna. magnitudo autem perfecta in habente totā mensurā rectæ mediantis. perfectio autē ipsius & secundum speciem, ut ad circularē speciē, & ad perfectionē eius deficit, eo quod nō cōuertatur in seipsam, sed effundatur quantū est in seipsa ad immēsurationem & infinitatē. cōtinuis autem mensuris terminatū eē quātū ipsius. hoc igitur ostendit omnis finitæ lineę esse aliquid extra. uidelicet quantū est in seipsa & optima fusione habet semper aliquid deficiens & apponi potens. Assumens igitur quod perfectior motus sit prior, perfectum enim/ait/prius natura quam imperfectum, & ostenso quod circulus sit prior natura quam recta, quia perfectior, ut autē lineæ/super quas motus, ita

se habent

se habent & motus, cõcludit quòd circularis motus/sit prioris natura corporis, quàm motus rectus. conclusionem igitur tãq̃ euidentem omisit duas ꝓpositiones cõtinuas exponẽs. ¶ Deinde uolens ostendere ꝙ hoc prius natura corpus, cuius est circularis motus est, & simplex est, aliud ꝑter q̃tuor elementa, ostẽdit ipm (ut existimo) sic. si duo simplices motus sunt, existentes simpliciũ corporũ .s. rectus & circularis, rectus aũt eorum q̃ sub luna sunt simpliciũ corporum est, motorũ sursum & deorsum: necesse & circularẽ motum esse alicuius simpliciũ corporũ, alterius ab his q̃ sub luna. Motus enim semp est corporis moti, & simplex simplicis, quãuis eni corpus mixtũ aliquãdo moueaꝛ simplici motu, ut homo à tecto cadens ad medium fertur, tñ & iste ẜm prędominãs in mixtura simpliciũ, hoc est, ẜm terrestre fertur hac latione. ¶ Alexan. uero dicit hic primum natura corpus & simplex eẽ ostendi/ẜm augmentationem minoris & maioris, ut ita dicam quorum unus est motus, si est rationabile corpora simplicia esse, simplicia sunt, & si rationabilius motus circularis, simplex esse mobile, hoc magis utiq; erit simplex. ¶ Fortè autẽ non est euidens id qđ circulariter mouetur simpliciter rationabilius esse simplex, sed si quidem motu priori natura moueatur, priora autem sunt simplicia q̃ composita: forsan igitur sic est magis interrogãdum, si quorũ posteriorũ existentiũ natura, hoc est eorum quæ super recta mouẽtur: (hoc enim ostẽsum est) quorum minus rõnabile est, simplicẽ eẽ substãtiam/simplex est: & quorũ priorum existẽtium natura/hoc est circulariũ, quorum magis rõnabile est simplicem esse substãtiam/magis erit simplex. hæc quidẽ igitur ad explanationẽ uerborũ Aristotelis dicta sint. ¶ Dubitant autem q̃dam ut ait Alexã. ad dictam rõnem eo ꝙ perfectũ prius est natura: si enim mũdus est ꝑfectior unoquoq; eorũ ex q̃bus est, qđ autem perfectius/prius, qđ autẽ prius & simplicius: erit mũdus, & prior his ex q̃bus est, & simplicior illis, nõ ꝑexistit aũt mũdus, ait Alexã. suis partibus, sed neq; simplicior uideꝛ q ex illis est ꝯpositus. ¶ Cedẽs aũt his Alex. conaꝛ soluere dubitationẽ ꝑ hoc ꝙ mũdus q̃dẽ ꝑfectior dꝛ tãq̃ maioris ꝯtinẽtię, circularis aũt motus ꝑfectior q̃ rectus & circulus q̃ recta, nõ tãq̃ ꝯtinẽs aliq̃d, sed ẜpẽ. In ẜparatis igiꝛ uerũ/ait/qđ perfectius, & prius, & simplicius esse. in totis autẽ & partibus non adhuc. Perfectius enim/ait/totũ esse suis partibus, & natura & sub̃a primũ, sed non etiã tempore. qđ enim simul cum hoc qđ simplex est etiã perfectũ est, hoc & tempore primũ est. Qđ autẽ circularis motus prior sit recto nõ sub̃a solũ, sed & tẽpore, ostendit Aristo. in octauo de naturali auditu. Hæc Alex. Fortè aũt non ẜm tẽpus accepta est prioritas. nõ enim erat tẽpus quãdo circularis motus & rectus nõ erat, q̃uis semp causa tẽporis sit/ille. Neq; adhuc magis quãdo circulus q̃dem erat, recta uero nõ erat, sed ẜm naturã, plane dixit Aristoteles. qđ eni ꝑfectũ, prius est natura q̃ imꝑfectum, & iterum. q̃re si prior motus prioris natura corporis, & mũdus igiꝛ ꝑfectior partibus, prior ipsis est natura, ut etiã Alexãder cõfitetur. existimo aũt ꝙ & simplicior, si eni est prior natura, magis est unus, magis autẽ unum. unitati magis cognatũ est. qđ autẽ tale/simplicius. Nos aũt non ad totalitatẽ mundi unã aspicientes ẜm quã unum animal est aut imago ĩtellectualis animalis, sed ad multitudinẽ ipsius discretã: & hãc mundũ dicentes, simpliciorẽ toto partem putamus, & partes priores, siquidẽ & totum à suo nomine in seipso adducit primã discretionẽ. Cõdemõstrato aũt ꝙ circularis motus/nõ solum ꝑfectioris est & primi, sed & simplicis corporis, cum sit simplex, ut sit ratio, siue simplicis siue recti siue mixti adiecit. {mixtorũ enim lationẽ dicebamus esse ẜm ꝑdominãs in mixtura simpliciũ. } Ac si diceret. Et mixtorũ enim lationẽ etc. Quãuis igitur cõpositũ existens coelum/circulo moueaꝛ, semper est aliq̃d in ipo simplex ẜm cuius dominiũ/mouetur circulari motu. ¶ Obiicit autẽ & hic iterum easdẽ dubitationes Xenarchus. Primo q̃dem ꝙ nimium mathematicis usus est sermo fundamentis .s. recta & cirulari. Secũdo ꝙ nõ est simplex corpus naturale, ẜm peripheriam motũ/ꝓpter inæqualẽ uelocẽ motũ esse eorũ q̃ apud centrũ, & eorũ q̃ apud peripheriã, & eorũ q̃ in medio horum moueꝛ. Tertio ꝙ q̃uis sit quod circulariter moueꝛ, non tamẽ est aliud ꝑter quatuor, siquidẽ & illorum, hæc q̃dem manent, hæc autẽ circulo moueꝛ, quãdo fuerint ꝑfecta, qđ q̃dẽ maxime igni cõuenit. motu enim recto ut etiã Aristoteli, uideꝛ imꝑfecto existẽte, imperfecta cũ sunt mouẽtur ¶ Has instãtias tãquã iam ꝓpositas & solutas, neq; Alexãder uoluit ꝓponere. & ego quoq; decętero conabor trãsilire. nouus aũt iste coruus, imo uero graculus, balbe garriens aduersus Iouis diuinã alitẽ, ut inq̃t Pindarus & cõtra ea q̃ hic ab Arist. dicta sunt ꝓdiens, primã instãtiã adducit, Xenarchi tertiã, subiiciens. Q̃uãuis enim primũ/ait/qđ circulo mouetur, nõ iam aliud sit ꝑter q̃tuor, siq̃dem & illis ꝑfectis existentibus inest manere aut circulo moueri. Dictũ est aũt prius sæpe, ꝙ non est ignis ꝓprius circularis motus, quãdo supra naturã suam ipso moueaꝛ simul cum coelo delatũ, q̃re coeli ꝓprie est, & si uere primũ est natura qđ circulo ẜm naturã mouetur, coelum utiq; erit primum, aliud existens ꝑter hypercauma, qđ ignem uocamus. Deinde cõcesso tandẽ ꝙ perfectus sit circulus, tãquã principiũ habens & mediũ & finem, q̃ necessitas/ait/& motũ qui fit super ipso, esse perfectum? Si enim quia habet principiũ & mediũ & finem (ut Alexãder dixit, nõ Aristoteles.) & qui fit super

& contrarius fm naturã,& non iam unus uniuscuiusq; fm naturam,si duo secundũ naturã,uni preter naturam sunt cõtraria. Palàm est autẽ ꝙ hæc ostensio etiam indiget illo ꝓconfesso.s.in idem ferri totum & partem fm naturã,si debeat & de parte uerificari. totũ autẽ hoc argumentũ de partibus,& secũdum se quidẽ erat necessariũ dictis iam apponi,eiusdẽ naturę esse partes cum toto ostendens,qa & ea q̃ sub luna sunt,elẽta tota hñt graue & leue,& non partes solũ, ut quibusdã uidet̃ abstractæ,ꝓpter quod & hoc mox ꝓaccepit,in idem ferri totũ & partem fm naturã:at uero & ad instantiã obuiar dicentium,non à silibus fieri cõparationẽ cœli,& eorum q̃ sub luna sunt elẽtorum:sed horũ quidem partes accipi,q̃ præter naturã extra ꝓpria loca disponũtur, huius aũt totum & etiam ad putãtes cœlum similiter se habere cũ his q̃ sub luna,totalitate quidẽ & ipsum perpetuũ exñs,partibus aũt generabile & corruptibile:si enim in his qdem quæ sub luna,elẽtis & abstractæ uidentur partes à ꝓpria totalitate & pręter naturã dispositę & habentes inclinationem motus recti,cœlestiũ aũt nihil in toto præterito tẽpore fm traditam posteris memoriã uidetur trãsmutatum,neq; fm totũ,neq; fm partes ipsius,palã est ꝙ iuste alterius naturę cœlũ dicitur à quatuor elẽtis,& uidetur fides ex cognitiõe sensus ab æterno tradita.Sed quõ eadem latiõe ferri cũ toto partem persuasit ex hoc,ꝙ in idem feratur omnem terram,& parua gleba?omnis enim terra,nulla latione fertur circa medium locata. Ao oẽm terram dixit eam quæ fm oẽs partes consideratur,ut dixi,sed non fm totalitatem,ꝓpter qđ & oẽm non totam,dixit?At si dicat aliquis oẽm terram generabilem esse & corruptibilẽ,qa omnes ptes sunt tales,& nulla ipsarum est perpetua,nõ tamẽ fm totalitatem est uerum dicere:deinde & tota terra q̃uis fm se totã non moueat̃ localiter,tamẽ tota cõmutationẽ & inclinationem ad cẽtrũ habet,ꝓpter quod & tota sphæra efficit̃ circa idem,unaquaq; partium contendente approximare centro,quãdo nõ ab alia parte præoccupatum esset:appetitus.n.& totius & partium est ad mediũ,& apud illud saluari uolũt & contineri,in suiipsorum natura cõsistentiã habentia:sicut & ipsius ignis totum & partes diuinum corpus tãquã cognatum appetentia,ad illud festinant undecũq;,propter qđ sphærificat̃ sub ipso omnibus suis ptibus appropinquare uolentibus ipsi,& de uitali ipsius motu absumere:meliorum aũt utrũq; uicinum fm suam inclinationem appetibile habet,aqua quidem terram,tãquã ab ipsa sustẽtetur,fluxibilis existẽs sua natura,ꝓpter qđ & hæc terram circũfluens sphęrificatur circa ipsam,& adhęret,& terra mediante etiam ipsa centralem cõtinentiam assumit:aer aũt ad ignem procedit à sua turbulenta grossitie imutari & ętherificari uolens,totusq; & partes,cœlum aũt tãquã omnibus quæ sunt in mũdo corporibus diuinius & sublimius existens,nihil aliud appetibile habet,neq; procedit ad aliud,sed seipsum cõtinens & seipsum appetẽs,& suiipsius aiam & intellectũ,non iam defectiuo & imperfecto,& usitato & ad aliquid extrinsecorũ ꝓcedenti motu recto mouet̃,sed semp pfecto,& actuali,& habent in seipso bonum.s.circulari:& si dico alquid hæc dicẽs bene dixit Aristo.ꝙ in idem fert̃ omne & pars fm naturã,habẽtium igit̃ appetibile extra seipsa,& tota & partes illud appetentia,habẽt inclinationem recti motus,ꝓpter quod & inclinationem prorsus,quia extra est appetibile,& locus est extra:& si per suppositionẽ cœlum esset eleuatum altius à regione quã nũc habet, ignis utiq; sequeretur:neq; enim tãtum uidẽtur locum appetere quatuor elemẽta,neq; totalitatem, quãtum accedere meliori,quod æque totum appetit ac partes.Hæc quidem igit̃ si uere dicta sunt,à molestationibus Arist.uerba liberata sunt:sed noui quidem ꝙ graui & leui aliter quidem à Platone, aliter ab Aristo.positis,oportebat aliquid hoc in loco dicere,sed ne bis eadem dicam, seruo ipsa usq; ad contradictiones.¶Quoniã autem siue in magnum pelagus quis incidit,siue in lacum,imo uero in paludem limosam,necesse est enatare:age iterum euertentes proterui huius uerba uideamus.dicit igitur ꝙ si usus hoc ꝙ nullum de quatuor est coeleste,ostendit neq; graue,neq; leue esse,illius aũt constructiua argumẽta soluta sunt,palã est ꝙ & illud quod per illa ꝓbatur.s.neq; graue ipsum esse, neq; leue simul redargutũ est.Sic rõnabiliter bonus iste propriis sophismatibus credidit,ac ꝙ aliud fm substantiam coeleste corpus sit,qđ quidem usq; nunc ostendens processit Arist.quis utiq; homo existens dubitabit?Consequenter autem si recte,ait,diffiniuit leuissimum esse quod omnibus super eminet sursum latis,supereminet autem omnibus cœlum,cœlum omniũ utiq; erit leuissimũ: neq; attendens ad ea quæ sursum feruntur,neq; quid supernatare significet,sed putans hoc significare superiacere.cum dixisset aut leue esse quod à medio,sursum fertur,leuissimum esse,ait,quod maxime sursum fertur, quod quidem desubtus ascendens omnibus superstat,supernatat enim, & oleum aquæ descendẽs ad inferiori oratione locũ, si aũt est aliud qđ supnatat ꝑter omnia sursum mota,palã quia & qđ omnibus subsidet deorsum latis, aliud accipiet̃ ꝑter deorsum lata,& erit aliqđ aliud corpus magis deorsum q̃ terra. Sed neq; à simili assignatione potuit manuduci, neq; à diffinitionibus grauis & leuis.si enim est graue qđ deorsum fertur, & leue qđ ad sursum:palã ꝙ grauissimũ qdem sit qđ infimum sit omniũ deorsum latorũ,qđ quidẽ magis ꝓprie Aristo.exprẽssit,dicens grauissimũ

quod omnibus subsidet deorsum latis: & leuissimũ ſm similem assignationẽ. Ipse autẽ nũc uidetur acceptare Platonẽ dicentẽ cœlum esse ex igne, nesciens qd dicat Plato ignem, & ꝙ non hoc qd Aristo. sursum ferri dicit, & ꝑpter hoc leue esse, & omnibus superferri sursum latis, & ꝑpter hoc leuissimũ esse: illum autẽ ignem. s cœlestẽ uult Plato lumẽ esse solũ, distinguẽs unã speciẽ ab igne, lumẽ. Iterum autem ꝓlixum extendẽs sermonem attentat ostendere ꝙ elemẽtorũ totalitates, nõ mouenẽ super re ctam: maxime itaq; oportebat intellexisse, q͞a quod appetit repit semp ad appetibile, & si corpora sint ambo, quãuis tãgant seinuicẽ, manent tamẽ habentia inclinationẽ ſm quã non adiacent solum, sed cõ tigua appetibilibus. & ut possibile est ipsa cedentia adiacent. q̃re & ignis totalitas appetẽs approxima tionem cœli, ex magis q̃ pars ipsius, semp manet cõseruans inclinationẽ ad ipm, ita ut sequeretẽ, si qs cœlum amoueret, p suppositionẽ. oportebat igitur, ut dixi, & hoc maxime intelligere. Sed accidit ui rum istum ab intẽtione scripturæ suæ excęcatũ esse. manifestũ est eni ibi ꝙ si totalitates elementorũ non hãbent inclinationẽ, & sic ut existimat, nihil ab ipsis differt cœlũ, sed qm partes elementorũ q̃ re cte mouenẽ, partibus cœli nihil tale patiẽtibus necesse fuit differentiã ipsorũ determinari. Sed qm ad cõtradicendũ iste totus exarsit, neq; ueritatẽ cognoscit, neq; nouit, neq; uult, circuit autẽ colligens sicubi aliquis alius uoluit eisdẽ cõtradicere, & neq; horũ intentionẽ imitãs, inueniẽs qd aliqs insignis solum absurde cõtradixit, exultat. age & cõcordantes ipsos sermones cõsideremus. Diuinissimus igi tur Plato uiuentia omnia q̃ sunt in mũdo cõsiderãs, & habentia appetitũ ꝓpriorũ bonorũ, & ꝑpter hoc etiã inclinationẽ ad suas totalitates & ad optima ꝓpinquantiũ ipsis naturaliter corporũ & non ſm electionẽ factam, simil͛r nouit & terrã & ignem ad ꝓpria appetibilia mota, & ꝑpter hoc generari unũquodq; ad ꝓpriũ ait, generari enim ubi inclinat dicimus: quoniã aũt impfecta natural͛r per ipsa & non ſm electionẽ feruntur, sed cõsimil͛r terræ, & alia uelut cadentia, ꝑpter hoc locũ in quẽ talia fe runtur deorsum ait scribens ita: hoc enim unũ aliqd cõsiderandũ de omnibus ipsis, ꝙ uia q ad cõna turale singulis est, graue quidẽ qd fertur facit, locũ aũt in quẽ tale fertur deorsum. Propter hãc igiẽ causam nõ putat natura dr̃iam eẽ grauis & leuis: siquidẽ omnia ſm naturã grauia uidẽtur, siquidẽ sursum & deorsum in uniuerso existente sphærico, nõ admittit, mediũ & circũ ẽt ipse uocans. graue autem qd deorsum fertur, & leue qd sursum. quoniã autẽ nihil eorũ q̃ Platonis sunt non intelligit iste, Themistiũ ꝓposuit adiutorẽ orationẽ ipsius longã ex paraphrasi q̃rti libri de Cœlo ꝓponens, tanq̃ & ipso cum Platone instantiã ferente, nõ esse aliqd, uidelicet graue aut leue in ꝓprio loco. Hoc quidẽ non puto dicere sic Platonẽ, sed ꝙ graue & leue non sint natura, neq; enĩ sursum & deorsum, sphærico existente uniuerso, sed ad nostrũ caput & ad nostros pedes iudicamus: & ꝑpter hoc ꝓpo suit Plato imaginẽ, habẽtis caput in aere, pedes autẽ in sphæra ignis, & retrahẽtis librã in aerẽ, & duo ꝓponentis super lances, hoc qdem maius, hoc aũt minus. Tollens enĩ ait librã qui sic stat, & ignẽ trã hens in dissimilẽ aerẽ uim inferens, palã ꝙ minus facilius q̃ maius uim patiẽ, robore. n. uno duobus sursum eleuatis, qd quidẽ minus magis, quod aũt plus minus necesse quouis modo detẽtũ cõsequi ad uiolentiã, & hoc qdẽ graue & deorsum latũ uocari, paruũ aũt leue & sursum. Hoc idẽ itaq; opor tet cõsiderare nos uolentes circa hunc locũ esse, super terrã enĩ ambulantes & terrea genera distinguẽ tes, & terrã ipsam aliquãdo trahimus in dissimilẽ aerẽ ui. & p̃ter naturã utraq; extra cognatũ locũ retẽ ta, qd minus qdẽ est facilius cogẽtibus in dissimilẽ, prius cõsequiẽ. leue igiẽ ipm p̃diximus & locũ in quẽ ui cogimus, sursum. cõtrariã autẽ his positionẽ graue & deorsum. Hæc sunt Platonis uerba pau lo ante dicẽtis, ꝙ omni cœlo sphærico existente, q̃cũq; quidẽ distantia eq̃liter à medio facta sunt extre ma: similiter & ipsa oportet extrema esse. Mediũ autẽ eiusdẽ mensuris ab extremis distãs in regione omniũ oportet putare esse. mũdo itaq; sic nato, aliquid dictorũ sursum aut deorsum ponẽs qs, nõ re cte uidebiẽ ullũ cõueniens nomẽ dicere: medius si quidẽ in ipso locus, neq; deorsum natus est neq; sursum dici iuste, sed in medio. qui aũt circa neq; medius neq; habẽs partẽ differentẽ in seipso alterã ab altera magis ad mediũ, q̃ ad aliquid eorũ q̃ in uniuerso: eius autẽ qd simil͛r oĩquaq; natũ est, q̃lia quis inferens ipsi nomina cõtraria, & q̃liter bene putabiẽ dicereẽ sic Plato, qd sursum & deorsum nõ ꝓprie in uniuerso dici putans, ꝑpter hoc & leue in ipso & graue negauit. Et Themistius quãuis in plurimis Aristote. adhęreat. tamẽ in hoc uerba Platonis acceptare uideẽ magis. Oportebat aũt (ut ex stimo) & ad intentionẽ & ad uerba aspicientẽ intelligere, ꝙ non de rebus, sed circa nomina ẽ in his differentia, Platone quidẽ ꝑpter diligentiã reiiciẽte nominũ cõsuetudinẽ: Aristo. autẽ utẽte cõsuetis uocabulis, tãq; nihil ob hoc lęsa ueritate: eteni Plato, naturã grauis & leuis circũscribere ꝓposuit. Ari sto. autẽ non habebat nũc hanc intentionẽ, sed ꝙ eorũ q̃ sub luna sunt, hæc quidẽ ad mediũ feruntur, hæc autẽ à medio, cœlum autẽ & ſm se totũ & ſm partes superexcellit ab hac inclinatione. quoniã autẽ mediũ, deorsum, & extremũ, sursum, erat cõsuetudo uocare & graue, qd deorsum repit, & leue quod sursum: ꝑpter hoc ad mediũ inclinationẽ, & eam q̃ à medio, grauitatẽ ſm cõsuetudinẽ diffini

uit & leuitaté. Qđ auté inclinationé hanc etiá Plato nouerit, manifestauit cum dixit, q̃ quidé ad connaturale uia singulis inest, graue idipsum facit, locũ auté in qué fertur, qđ tale est deorsum. Qđ aũt Aristote. in omnibus utaŕ cõsuetis nominibus: manifestat & hic dicés { graue quidé igitur sit } sed non { est, } si igitur ipse nõ imponens nomé, dixit { sit } palá est φ cõsentiens positis dixit. In quarto auté libro primo determinari de ipsis, ait, oportere & poni ẜm qđ omnibus uidetur, & cõcedit graue esse simplr, quod omnibus subsidet, leue aũt qđ omnibus superfertur: Quomodo auté poterat planius isto manifestare, φ ẜm ꝯsuetudiné fuit usus nominibus? Verũtamé & sic modicũ à cõsuetudine diuertit ad Platoné, graue & leue mox diffiniés, non repés ad deorsum & sursum, sed ad mediũ & à medio. Sed & Themistius qué iste in testimoniũ ꝓduxit, quáuis respuat graue, & leue, & maxime in exñtibus in ꝓpriis locis, tamé inclinationé, ait, inesse eleme͂tis, existentibus in alienis locis, dicens. Rationabilius auté esset & cõsonũ his q̃ circa ipsa apparét, in alienis locis magis inclinationé assignare elementis. qđ quidé uidelicet & iste cõfitetur cœlo nõ ineé. Quid igitur huic fecit ad suá inte͂tionem talis ꝓpõ uerborũ Themistii, uiri utiq; cõsone cũ Arist. putãtis cœlũ & ẜm totũ & ẜm ptes ab oi inclinatione esse liberũ? nõ enim si nõ hñt inclinationem elementorũ totalitates, si modo nõ habe͂t, iam ꝓpter hoc est cœlum cũ ipsis eiusdem naturæ qđ non solũ ẜm totũ, sed ét ẜm partes est sine inclinatione, quáuis quádo cœlum esset osté͂sum eiusdé naturę cum totalitatibus eleme͂torũ, nõ iam ꝓpter hoc esset cœlũ corruptibile, sicut iste affectat ẜm totalitaté, sed si fortè, partibus, sicut eleme͂ta. Quæ igitur fuit opportunitas tam multorũ uerborũ, inte͂tioné quidé habentiũ impiá ad diuinũ, & cõtendentium insensate cõfirmare ipsam ex habe͂tibus non eandé intentioné? ¶ Ad Xenarchũ auté dicentem, non sanè assignari leue, qđ omnibus superfertur, q͞a deorsum exñtés ignis nondũ supernatat, quia neq; leuis nondũ est: nõ existens aũt leuis, neq; ad sursum fertur: dicendũ existimo prompte, φ id quod omnibus supernatare dictũ est, his q̃ sursum & deorsum feruntur, apposuit dicens. { graue igitur sit qđ ferri natũ est ad mediũ, leue autem quod à medio. } si autem duas diffinitiones leuis in idé colligemus. s. dicenté leue esse, qđ semper sursum natũ est ferri, & dicenté, qđ omnibus supnatat, erit una pfecta dicens, leue esse qđ semper sursum latũ omnibus supernatat. Fortè auté & in omni loco id qđ est leuissimũ, omnibus ꝓpinquis sibi supernatat, ná ignis sub terra si fortè fuerit, quáuis habeat uicinum sibi aeré & terram quoq; & aquá, tamé sursum mobile exñs ascendit semp super ꝓpinq̃ ad sursum, & oibus illis supernatat. ¶ Sed qm̃ loci drię (ait Grámaticus) & ꝯtrarietates ẜm Ari. sunt duæ solæ. s. sursum & deorsum, oé ergo corpus in loco exñs, aut in loco sursum est, aut in deorsum. quoniá igitur & sphæræ cœli excepta ultima in loco sunt. s. in termino ꝯtine͂tis sphæræ, lunaris quidem, ut ait, in ultimo sphæræ Veneris, hæc aũt in ultimo mercurii, & ita deinceps, necesse est ipsas sursum esse, nõ enim sunt deorsum, q̃re leuitate participabũt. Vide quátũ in paucis apparet huius uiri incõsideratio, simul & ineruditio, & si grámaticus sit, ut se inscribit, primo qdem φ idé putauit, sursum, & ad sursum, táquá Aristo. dicente leue non qđ sursum est, sed qđ ad sursum ferŕ, & φ his q̃ sursum feruntur, supernatat, iste cœlũ sursum exñs leue ex necessitate ab Aristo. confiteri putat. atq; & qđ sursum fertur ut ad cœlum ferri dicit & proprie & ꝓxime. ignis enim approximationem cœli appetens fertur, adhuc duas solas locales cõtrarietates, putare. s. sursum & deorsum, & hoc ipsum ét duas contrarietates uocare ipsius sursum & deorsum, uná existe͂tem oppositionem. Mirabile est auté φ q usq; nunc ignorat φ supra luná sit ꝓxime mercurii sphæra, & supra illam sphæra Veneris, cõtradicere Aristo. ꝑsumit. Sed quoniá prolixos extendit sermones putás Themistiũ sibi testimonium ferre, φ in ꝓpriis locis existentia eleme͂ta neq; grauitate participant, neq; leuitate, sed ex positione in loco prę ter naturá ipsius euenit: & cõcludere putans ex hoc φ ignis totalitas, dicet autem utiq;, & aliorũ eleme͂torum, neq; grauitate, neq; leuitate participant, sicut & cœlum φ eiusdem naturę utiq; erunt, sed neq; ꝓpter terram per suppositioné ablatam à ꝓprio loco, & dimissam, ad idem ferri: ꝓpter hoc, ait, oportet putare φ tota terra grauitatem habeat, etenim totũ mũdum si quis per similé suppositioné tránsferat, iterum ad suũ locum dimissus fereŕ, quáuis neq; grauitatem neq; leuitatem habere totum mũdum possibile sit, in seipso oibus cõphensis. Sed hoc quidé fortè nihil ꝓhibet ẜm prædominás eorum quæ in ipso moueri, sed nõ potest quis dicere, utrũ sursum aut deorsum fertur, ipso sursum & deorsum in ipso existe͂tibus. ¶ Hæc igiŕ & talia dicente ipso, primo qdé atte͂dere oportet, quod de mundo incõuenientia ex suppõne secuta est, habés. n. & cõtinens in seipso ipsius sursum & deorsum differentiá, quõ potest sursum & deorsum ferri? aut non habens sursum & deorsum extra seipsum, quõ graue & leue erit? nec hoc dico φ nõ oportebat impossibile supponi: noui. n. φ & qui terrá tránsfert extra ꝓprium locũ. suppositio supponit impossibile, sed nõ ꝓpter impossibilitaté suppositionis, sequr aliqđ incõueniens: nõ. n. inconueniens est ad ꝓpriũ locum ferri, sed ad mediũ, sicut neq; incõueniens est mũdum tránslatum ex ꝓprio loco rursum ad ipsum ferri, ad medium, uel ad extremũ, &

uel deorsum uel sursum, impossibile, quoniā hæc intra se habet. Hæc ergo ad Themistiū, ab illo enī dubitauit iste hac dubitatione, ad deteriorē intētionem utens ipsa, qui & ait, ꝙ quāuis non concedat quis, supponi mundū translatū, sed è superiori loco à propria sede ad inferiora decidēs, quid ꝓhibet supponi? Hoc itaq; si sic intelligatur, iterū ad eam quæ est ſm naturā regionem rediens, palā ꝙ sup rectam mouebit: attamen nullu cœlestium Aristo. uult neq; grauitate neq; leuitate participare. aut dum itaq; est ad hoc ꝙ si postq̄ deciderit, naturaliter sursum feratur, leuitate utiq; participabit, nec ē ullum incōueniens? si autē non solum partes elemētorum, sed & totalitates appetunt appropinquare cōnaturalibus & melioribus & appetunt assumi ab ipsis, terra qdem centrū appetit, & eā quæ ab ipso cōtinentiā: ignis autem cœlestē puritatem, mediorū autem aer quidē totalitatem ignis, aq autē residentiā in terra, palā ꝙ ad illa inclinationem habent & totalitates, ꝓpter qđ & Aristo. dixit ad idē ferri totum & partem ſm naturā. cœlum aūt non habet aliqd melius seipso, neq; ſm totum, neq; ſm partes ad qđ feratur: q̄re non oportet existimare eadem de totalitate elementorū, & de cœlo. & graue autē & leue habent quasdā differentias ſm diuersam inclinationē: & si in oibus uideant̄ inclinationes esse grauitates: ut ait Plato. Qđ autem sæpe dixi coactus, nulla resultat utilitas huic (ut existimo) quātum ad suā intētionem ex ostensione ꝙ totalitates elementorū neq; grauitatem habent neq; leuitatem, & sic cœlo similes: nō enim ꝓpter hoc corruptibile est cœlum, sed si fortè ꝓpter similitudinem ad cœlū & elētorum totalitates perpetuitatem habēt. ⁋ Quoniā autem prompta est instantia ad dicētes cœlum esse eiusdem naturæ cū his quæ sub luna sunt elemētis, quæ à partibus differētia, elementorū siqdem partes abstractę à toto, & generari & corrumpi uidētur, cœli aūt nulla pars uidetur, neq; abstracta, neq; transmutata in toto p̄terito tempore, ſm traditam successionē. Hāc soluēs ut putat Grāmaticus, instatiam ait principaliores & præcipuas partium in animalibus, difficilius pati, sicut cor, & tamen ex eisdem elemētis est: cœlum itaq; principalius cum sit eorum quæ in mūdo sunt corporum, maxime aliorum impassibilius eē ait. & ꝓpter hoc neq; partes ipsius idem cum partibus elementorū passę sunt. ⁋ Et hic igitur iuste uidebitur mihi Grāmaticus multa de ueritate ignorare, primo qdem neq; hoc uerū est ꝙ principaliores partes sint difficilioris passionis: pili enim & ungues q̄ sunt oīum minus principaliores, sunt magis difficilr passibilia, & ossa ēt sunt magis difficulter passibilia q̄ cerebrū & cor: deinde autē, cor & si dicat̄ manere, manet p̄corrupto sępe aiali, sed à febre semp primo patiens, sic ipsam alii corpori distribuit, sed prīcipaliores partes animalis, ampliori prouidētia fruuntur ut uerū dicamus. sensitiuo aūt existente animali, sensuq; passiuo exn̄te partium q̄ difficilius sunt passibiles, difficilius passibiles sensus minus prīcipales sunt. Sed hęc qdē qm̄ & in his putatus est, aliqd plus passibilis aliis scire, quāq̄ ut existimo ēt uulgaribus cognita nesciat, sufficiēter dicta sint. Mirabile autē est ꝙ non intellexit, quia qđ ex tēpore principiū generationis habet & finē, impoſſe est idē manere à principio usq; ad finē, siue inanimatū sit, siue animatū, siue animal, siue plāta: sed incipiēs ab impfectiori ꝓcedit ad pfectius usq; ad pfectissimū, ab illo aūt paulatim marcescēs ad corruptionē uadit. si igitur cœlum neq; ſm totū, neq; ſm partes uidetur in aliquo unq̄ trāsmutatū, sed suam pfectionem habens, & prius nō solum nunc, in nouissimo dierū, ut iste uidelicet credidit, quō possibile est ipm ſm suam naturā à statu ꝓprio corrūpi, quādo neq; animal, neq; planta, neq; aliqđ aliqd in mundo corruptibile, adhuc in statu exn̄s, sine aliq̄ uiolentia distrahat̄? sed hic qdem nō uidet oculos habens animæ suæ excęcatos à cōtentiosa p̄supposita intentione. Grāmaticū autē se esse dicens, quō impassibilius alio aliquo dicens cœlū, corruptibile tamē existimat? si enim qđ est impassibile, nō corrumpitur, q̄liter qđ impassibilius est corrūpetur? cōparatiuū enim habet augmentū ꝓprietatis, albius enim est qđ magis albū, & neq; albū utiq; erit nigrum, neq; multo magis qđ albius: similr autē neq; qđ impassibile utiq; erit passiuū, neq; multo magis qđ impassibilius. sed de his quidē satis. Si autē elementorū partes uidentur planè generari & corrūpi, & multipliciter trāsmutari: cœli aūt nulla unquā particula apparuit uariās suam pfectionē, sicut manifestāt & motus omniū iidem obseruati, quis non utiq; cōfitebitur & asseret ſm subam, excellentiam ipsius ad ea q̄ sub luna? Proponit aūt Aristo. in quarto huius negotii dicentē, ꝙ ignis quidē ubiq; leuis, & terra ubiq; grauis, aq̄ aūt in aliis qdem grauis, in terra aūt leuis, aer aūt in aq̄ quidē & terra leuis, extra autē hæc, grauis: ut manifestat hoc: qđ plus trahit inflatus uter q̄ uacuus. & ex his cōcludit ꝙ grauitas & leuitas non ſm se inest elementis: non enim utiq; ait eadem ſm easdem uirtutes, nihil extrinsecus accipiētia ex sola habitudine adinuicē, alibi leuia, alibi grauia existerent: & ad aliud quidē leuia, ad aliud aūt grauia. albū enim & nigrum, & calidū, & frigidū, qualitercūq; se habeant ad alia, extra suum ordinē non egrediunt̄. Hæc ipsis uerbis isto dicente, miror quō non intelligit, ꝙ & in his Aristo. leuissimū quidē & leue solū ignē esse dicit, graue aūt solū terrā, media autē ambobus participare ad aliud, & nusq̄ facit nō participare, hoc qđ ad aliud, & aliud, ſm aliud, & aliud eorū q̄ suūpsius opari. etenim pallidū ad habētes uisum

quidem

quidẽ facile, disgregabilẽ, ut albũ operat, ad eos autẽ q facile cõgregabilẽ, ut nigrũ, quia ambobus participat. Quid autẽ ꝓrsus ostendẽti dico grauitate & leuitate nõ participare cœlestia ĩpedimentũ putat media & anceps natura mediorũ elementorũ? siue enim natura, siue habitudine, siue ſm se, siue ad aliud graue & leue est, sub luna esse ostensum est, ꝓpter hæc recte incedere. & ex dictis nihil ꝓhibet ignẽ quidẽ ſm se leuem esse, terrã autẽ ſm se grauẽ, simplr enĩ grauibus & egressis à ꝓpriis locis cõuenit hoc, sed & egredi & egressa, grauia fieri, aut leuia, ꝓprium ẽ eorũ q̃ sub luna sunt & sufficiẽs erat quæ ſm hæc dr̃a, ostendere cœlestia alterius naturæ esse. In aliud autẽ q̃ddam huius uiri dictũ incidẽs ualde stultũ, ut existimo, ne mihi nõ credãt lecturi, si qs fortè etiã scribere, sic stultos & incõsequentes habuit ĩtellectus. cogor describere ipsa huius deliramẽta. dicit autẽ sic in scđi ipsius libri. 9. cap. 20. sed & conceditur non solũ in alienis locis elementa grauitatẽ habere, aut leuitatẽ, sed & in propriis existentia talibus uirtutibus specificari, neq; enim sic ut existimo, ostendere aliq̃ ratio poterit, ꝙ solum cœleste corpus ab his uirtutibus alienũ sit, quoniã neq; grauitate ĩpm participare, neq; leuitate, ex non esse aptũ natum moueri super rectã Aristoteles ꝯclusit. Ad ostensionẽ enim ꝙ cœlũ nõ sit natum moueri super rectã, accepit alterũ esse cœlũ à substantia corporũ recti motus, ex non moueri autem super rectã, neq; grauitate participare, neq; leuitate. Si qua ergo ostẽdat ratio ꝙ si grauitate participet cœlum, aut leuitate, aut ẽt cõpositum sit ex grauibus corporibus & leuibus, nihil minus & sic impossibile erit ipsi moueri super recta: palã est omnino ꝙ neq; ꝓpter non moueri, sup rectã, iam necesse est ĩpm & à grauitate remotũ esse, & à leuitate. Principiũ autẽ, ait, ostensionis sit hoc, deinde accipiens ꝙ solidũ & resistens corpus est cœlũ & nõ potẽs cedere, sicut aq̃ & aer, neq; si abstrahat aliq̃ particula ipsius, cõtinuũ adhuc manet, econtra circunstans, sicut hæc, & cãm soliditatis dicens sphæricam figurã. ait si igitur cœlum est leue, ꝓpter hoc ipsum nõ mouebit super rectã, suum locũ obtinens qui extremus est sicut neq; tota terra magis deorsum ferri potest, naturalẽ locũ tenens, si autẽ graue, extra quidẽ rursum moueri ĩpm super rectã est impoſſe, neq; enim est aliquid uacuũ extra, & aliter grauibus ad mediũ est ſm naturam motus. ad mediũ autẽ non feratur, ꝓpter nullũ esse intermedium uacuũ, neq; si esset minor locus, nõ esset capax maioris corpis, & ꝓpter undiq; ꝯtineri à suis partibus in sphærica figura indiuisibile, aut difficiliter diuisibile esse. humidorũ enim & facile diuisibilium, & facile cedentiũ obuiantibus, si qua totius pars auferatur, succedẽtes sibiĩuicẽ reliquæ partes cõtinuum iterũ totum efficiunt, q̃lia sunt reliqua elemẽta p̃ter terrã, resistentiũ autem & difficiliter diuisibiliũ si qua pars excidat, corrũpet totius figurã. Inde donec in naturali figura oportuerit manere cœlũ & totũ mũdũ subsistere, ĩpoſſe est aliquã cœli partiũ à ꝯtinuitate totius excidere. q̃re neq; q̃remus ꝓpter quid aliorum quidem elementorũ excidunt partes, cœli autẽ non adhuc. Illorũ enim & si abstrahãtur aliquę partes, nihilominus ꝯtinuitas saluat & naturalis figura ꝓpter successionẽ reliquarum partiũ, & nullum uniuerso nocumentũ per hoc euenit, in cœlo autẽ erat impoſſe hoc accidere: quãdiu igitur ĩpm & uniuersum saluari opportunũ ẽ. necesse est nullã ipsius partẽ excidere, sic autem coelum se habere, & cũ hoc euenire ipsi spẽm alterã à simplicibus ostendit, non tamẽ à natura elementorum esse alienum: etenĩ aqua coagulata fit glacies aut nix, nõ tamẽ ꝓpter hoc hæc quintæ naturæ corporũ esse putat. Concludens autẽ dicta, ait, igitur & si grauitate ĩpm participare & leuitate supponentes, impoſſibilẽ inuenimus ipsi eũ qui super rectã sit motũ, non ergo neq; si nõ mouetur super rectã iam & à leuitate & à grauitate liberum est. Considera in his primũ quidẽ ꝙ & ipse concedens graue esse qđ ad mediũ ſm naturã mouetur, & leue, uidelicet qđ à medio, & ostendens impoſſibile eẽ coelum moueri super rectã, tamẽ graue ĩpm, aut leue supponit, & putat ex hoc ostendere, ꝙ & si non super rectã moueatur, nihil ꝓhibet ĩpm grauitatẽ habere, aut leuitatẽ? Quomõ hoc cõcludens, siquidẽ graue super rectã, & qđ non super rectã non graue, nõ enim supponere cœlũ graue aut leue, nullatenus super rectã motũ: est demõstrare hoc, ꝙ & si non moueat super rectã graue aut leue esse, sed sic dicens iste sĩle aliquid uidetur mihi dicere dicenti, ꝙ si demſauero ꝙ homo non habet pẽnas, & supposuero ĩpm uolare, demõstratũ habebo, ꝙ & si non habeat pẽnas, non ꝓpter hoc ꝓhibet uolare, sed certe ꝓpter hoc non uolat, sicut ꝓpter non moueri super rectã coelum, neq; graue, neq; leue est, q̃re incõsequens est talis ꝯstitia. In particularibus aũt q̃uo ꝓnũciat nõ poſſibile esse ostẽdere à grauitate & leuitate remotũ eẽ coelum, si euidẽs est ĩpm circulo moueri & nõ super rectã? Qualiter aũt dicit ꝙ ad demõstrandum cœlũ non esse aptum natũ moueri super rectã, accepit alterũ eẽ à substantia corporũ recti motus? contrariũ enim ex moueri circulariter alterũ esse ſm substãtiam demonstrauit, cõfessum istud accipiens circulo moueri aliqđ corpus. dicit. n. siquidem igit est simplex motus, simplex aũt qui circulo motus, necessariũ est esse aliqđ corpus simplex, qđ natũ est ferri circulari motu, ſm suam naturã. & ubiq; ex nõ super rectã, sed circulo moueri, cõcludit aliquã subam esse preter eas quæ hic, & ꝙ neq; sursum, neq; deorsum, neq; uniuersalr extra ꝓprium locum mouet cœlũ,

quãuis nõ solidum/aut resistens sit, erat enim palá q circulo mouetur/& non sup rectam, & qa nihil extra seipm melius habet, ad qd moueat, ,ppter quod & circulo mouetur. Mirabilem auté cám à soliditate coeli assignat, quare nõ distrahatur aliqua pars coeli, & si eiusdé naturæ sit cum his quæ sub luna sunt elñtis: non. n. copularentur/ait/discerptæ, ,ppter resistentiá & difficultaté diuisiouis, & maneret utiq imperfectű. equidé & terram resistétem putat, qũo igitur huius abstrahũtur partes? etiam in humidis male antiperistasim pro causa dixit, qa nõ imperfectű esset, si aliqua particula auferatur: antiperistasis enim ɔtinuű quidé potest facere in talibus, nõ tamé totű, nisi aliqd attrahaf, loco egressi. Totaliter auté si corű quæ sub luna sunt abstrahunť partes, coeli auté ,ppter soliditaté & robur inditum ex sphærica figura, nõ sunt aptæ natæ abstrahi, quis nõ utiq dicet alterius naturæ & substantiæ esse ipsum? qualiter auté non necesse est multo diuturnius esse coelum, sic robustum existés naturá? ecce enim ossa aialium quãuis corruptibilia & ipsa sint, tamé solidiorem habétia cõsisťtiá, sunt multo diuturniora carnibus/& uenis/& aliis partibus corporis. Vide igiť műdum corrűpere desideranti, coelum superesse per tépus aliqđ sufficiens post corruptionem sublunariű, quòd si eodem tpe coelum & terram putet facta esse, sm idé hæc corrűpi sit ɔsequens. Qualr igitur si hæc ò optime ad tua uerba sequũtur, ,pmittis nõ adhuc quærere ,ppter quid aliorum qdem elemẽtorű excidűt partes, coeli auté nou? quãuis sit corruptibile & passiuű, & hanc cõsistentiá æqualis téporis cum aliis habet? In sequétibus aűt usq in finé secundi libri, nihil qdem ad ,ppositű uideť dicere, neq forte ad suã intentionem. studet autem solű Aristo. cõtradicétem sibi inuenire, & ita in cõtrariationé solam aspexit uir iste, & qđ diciť dicta eius super flumine decurrűt: & anteq̃ dicat quę cõtraria sibi dicit Aristo. Putat insuper seipm sed per multos qdem sermones cõsonos (ut dicit) Platoni, ostédere q naturalis sit circulatio coeli, & ab anima indita, qa coelum est aial, & si per ,plixiores q̃ oportuisset sermones, tamen uerű dici puto. Quærebat aűt aduersus Aristo. in scdo huius negocii interimentem ut uideť q ab anima sit circularis motus, ut uidebať Platoni, qa dicebat pter naturam ipm sic fore, & requie indigere, & sustentaculo, ut reliqua aialia. Quãuis dicat & ipse Aristo. de ipso dicens, coelű autem aiatum est, & habet motus principiű. Et de astris aűt nõ ut de corporibus solis & unitatibus ordiné quidem habétibus, inanimatis autem oino perquirimus, oportet auté existimare táquá participãtibus operatione & uita. Et qdem si coelű aiam habet & principiű motus, quali/ait/motu alio ab illa mouebiť q̃ locali, si neq generaf, neq corrűpitur, neq augmétatur, neq alteratur? si auté in octauo/ait/de naturali auditu hoc ostédit, q coeleste corpus finitum est, finitum auté finitã habet uirtuté, ifinita autem est circulatio: necesse est ergo ipsam à causa ifinitæ uirtutis dari, natura. n. in supposito finito existés; finita est & ipsa: aliud ergo etiã sm ipsum est, quod mouet coelum circulari motu. Quomõ igitur ex sola natura uideť hic dicere ipsam. hæc igitur in his accusans, ipse qdem/ait/esse nõ impossibile eűdé motum & ut ab anima simul, & ut à natura fieri, ut si quis/ait/intelligat aliquod uolatiliű animaliű super rectá ad centrű uolatum faciens, cõcurrit. n. naturali inclinationi corporis/animę impetus. Aristotelem auté putat non ita habere hic, & expositionem Alexádri dicétem hoc, destrués, oportet inqt uerba Arist. audire ad quæ intérus hæc oia scripsit, quę sic se habét. At uero neq ab anima cogéte rationabile est manere æternű: neq. n. animæ possibile est esse talem uitam sine tristitia, & beatá: necesse est enim & timoré inesse cum uiolentia, siquidé mouet corporis anima, aliter ferri apta, & mouet cõtinue sine uacatione ut remotű sit ab omni robore sapienti. Quis nõ utiq audiens Aristo. dicenté naturalem esse motű circularem, coelű aiatum, intelligit/& q per hæc aduersus illos tendit qui dicűt animalem solű esse circularem motű, & non contradicétes ipm esse sm naturá? quoniá & Plato in Timæo, primo ipsi sm naturam circularé motum assignat, & tunc eű qui ab anima, dicit aűt de eo qui sm naturá sic. Manibus autem qbus caperet, aut aliquid repelleret opus non fuit, frustra nõ putauit oportere ipsi adaptari, neq pedű, neq prorsus incedendi instrumenta. Motű. n. assignauit sibi corporis ,pprium ipsorű septem eum qui circa intellectű & prudétiam maxime existit, ,ppter qd utiq sm hæc in eodé & in ipso circűducens ipsum fecit circulo moueri reuolutum: sex autem omnes separauit & sine errore illud effecit. De anima aűt hæc scripsit post illa non ,pxime, quoniá sm intellectű intendenti omnis animę cõsistentia facta est, post hæc omne corporeű intra ipsam ædificatű est, & medium mediæ cõducés adaptauit: hæc auté ex medio, ad extremum coelű omniquaq adaptata & circulo extrinsecus ipm cooperiens, ipsa in seipsa reuoluta inchoauit diuinű principiű in omne tps incessabilis & sapientis uitæ. Aristoteles auté/ait/q ab anima coacta mouetur, neq manere perpetuű, si pter suam uidelicet naturá cogatur, neq sine tristitia, neq beatam concedit esse mouentis uitá, & sufficit omnia dicta ab isto uiro soluere, hoc quod apponitur (coacta,) si autem & corpori sm naturam est & intellectuali animæ circularis motus, merito perpetuum est & beatű, & mouens & qđ moueť amabiliter. iste autem & dictorű Platonis est calűniator, sicut & dictorű Aristo. Platone enim & an-

tequã apponat cœlo aĩam assignãte ipsi circularem motũ,iste tamẽ tãquã solum aĩali motu dicto ab
ipso,respõdet pro Platone dicens, ꝙ non est ꝑter naturã corpori, quia nõ habet aliquẽ aliũ ſcd̃m na/
turam.sicut neq; toti mũdo ullus localis motus est ꝑter naturam,qm̃ neq; ſm naturam in loco mo/
uetur. Hæc igitur & ad ipm̃ dicendũ de igne toto interrogantẽ, si ſm naturam est ipsi/aut si ꝑter na/
turam circularis motus,nõ habebit aliquẽ ſcd̃m naturã siquidẽ non habet hunc,neq; ſm naturã ipsi
dicendũ,neq; ꝑter naturã/sed supra naturã,ut dictũ est:qm̃ autẽ intentionẽ habẽs ut & ipse cõfitetur
his quæ de perpetuitate cœli dicũtur cõtrariari,nõ fuit cõtentus cõtradicere his quę in libris de cœlo
dicunt,sed & ad id quod dicitur ab Arist.in meteoris,ꝙ non est igneũ cœlum.contradicens ad hoc
tertium suũ librum expendit,nihil prohibet & horũ ostendere malignitatem, & maxĩe quia accidet
nos addiscere q̃lem ignem cœlũ esse Aristo.negat.& q̃le uult Plato id quod igneũ cœli:q̃le aũt dicẽs
tanq̃ Platoni consonũ nescit. Aristo.igit̃ dicẽte in primo meteororũ. ꝙ si ex igne esset cœlũ totum cũ
astris,iam olim annihilatũ esset unũquodq; aliorum elẽtorum,iste primũ propriã dubitationem de
igne ponẽs/ait/ignẽ esse maius q̃ cõtenta ab ipso,sed nõ est/ait/ustiuus,neq; ignis hypeccaumatis,neq;
cœlestis:sed ustiuus est qui apud nos excessus ignis existens ſm Aristo. in his itaq; attẽdere oportet,
ꝙ totus sermo suus studet iterũ ostẽdere cœleste corpus naturæ eiusdẽ esse,his q̃ sub luna,ut & cor/
ruptibile ipsius simil͛r ostendatur. si igitur q̃ sub luna sunt,agere inuicẽ & pati ab inuicẽ & transmu/
tari inuicem nata sunt:palã ꝙ cœleste siue ignis/siue aliquod aliud eorũ q̃ eiusdem naturæ fuerint,
necesse est & pati ab his q̃ sub luna,& agere in ipsa,& æque potẽs ad ipsa existere. Tãta igit̃ exñte ſm
magnitudinem cœlestiũ ad ea q̃ sub luna sunt excellentia, quã ostẽdit astronomia dicens terrã ad ea
quæ sub sole rõnem puncti & centri habere,si & hypeccauma cœlo addiderimus ad ignis totalitatẽ,
quomõ possibile est aliquod eorũ quę sub luna sunt, elẽtorum æqual͛r posse ad ipm̃? Quomõ autẽ
non de facili ab ipso obtenta alia annihilata modis oĩbus essent nõ adusta?hoc enim neq; Aristo.in
duxit in his,sed transmutata in illud qualecũq; utiq; esset, & frustra prolixos in his expendit sermo/
nes/ostendens ꝙ elẽtorum q̃litates non augmentantur ſm analogiam molis corporũ in quibus hñt
esse:neq; enim millecuplũ,si ita contingit corpus aquæ,habet infrigidationẽ millecuplã,sed simil͛r fri
gidus est aquæ marinæ cyathus,ut totũ mare. Non attendit enim ꝙ &si nõ intendat̃ species/ut ma
gis fiat frigida,sed simul multiplicat̃ cum quanto molis, ꝑpter quod & operosius est,qđ plus/q̃ mi/
nus.& magis in magno habitaculo frigidus aer infrigidat/q̃ qui in minori.& si eadẽ qualitas infrigi/
dationis sit.& si minus patiat̃ maius q̃ minus,quod quidẽ & iste ɔfitebitur. quãuis enim deforis su/
perueniens q̃litas,& in minore aliquãdo magnitudine ualidior sit:tamen quæ ſm naturam propor/
tionem habet ad magnitudinẽ non magis facta/neq; uehemẽtior,sed magnitudini in quo est coaug
mẽtata, ꝑpter quod & difficilioris passionis sunt maiores magnitudines ſm qualitatẽ, quia amplior
qualitas in maioribus,nõ enim ſm molem patiũtur q̃ alterãtur,sed ſm q̃litatem. si igit̃ cœlum cum
hypeccaumate est infinicuplum magnitudine ad iferiora, & uirtus tanticupla respectu uirtutis,qũo
non dudũ unũquodq; aliorũ elẽtorum annihilatũ esset,ſm Arist.ab illis transmutatũ? & nõ frustra
dixit { unũquodq; } sed ut excessus excessum augmentaret. Iste aũt cõtentus fuit hoc,quòd ille ignis
non est ustiuus nõ adhuc pensans ipsorũ q̃litatem & transmutationẽ inuicem. q̃lia aũt hic apposuit
iste infeliciter audiens eos qui in phĩa dicũtur sermones? ¶ Sed quoniã aliquos non credituros puto
ꝙ quis scribere conãtiũ sic rudis esset ut talia ignoraret,necesse est mihi rursum uerba q̃ ab ipso dicũ
tur scribere. ꝙ enim & multa cœlestiũ distãtia & maxĩe astrorum,q̃ etiam magis uidebãtur antiquis
esse de suba ignis,debiliorem imprimunt his q̃ hic sunt caliditatẽ,manifeste sol ostendit, illa maxime
calefaciens,quibus ꝓximior fuerit.quid igitur existens in ultima sphæra caliditas,si calidæ fuerit na
turæ,opabitur ſm q̃litatem in ea q̃ circa terram tm̃ cum sit distãtia? neq; enim extrema sphęra in eas
quæ deinceps,similes existẽtes,neq; ille in hypeccauma ſm qualitatẽ agere possunt. nõ enim natum
est simile pati à simili.mansit igit̃ in sua natura hypeccauma,nec amplius aliquid q̃ tunc in ea q̃ intra
sunt operari põt,& si ignea essent oĩa quę in circuitu,& maxĩe quoniã neq; flãmam ustiuã habere,ut
sæpe diximus,ille ignis supponit̃. in his manifestus est putans,ꝙ sol ꝑpter appropinquare nobis ma
gis in æstate,pp hoc magis nos tunc calefacit. Et palã etiam ꝙ in meridiano existẽte,putat ipm̃ magis
nobis ꝓpinquũ fieri/q̃ orientem uel occidentẽ:calefacit enim nos magis in meridiano existẽs.& igno
rat hoc ꝙ respectu sphæræ solis,terra ferè puncti rationem tenet , ut minima sit uariatio propter
hoc certe habitudinis ipsius ad habitatã à nobis. Quomõ igitur tãtum ꝓximior nobis aut remotior
sit,ut ꝑpter hoc tanta fiat differẽtia ſm caliditatem æstatis & hiemis? ignorat aũt ꝙ sicut ſm unum/
quẽq; diem quãuis æqual͛r à nobis distãs sol ſcd̃m oẽm ipsius positionem calefacit nos magis in me/
ridianis ꝑpter reflexionem radiorũ in se magis,sic autẽ & in æstate appropinquãs non nobis magis,
sed puncto qui nobis est uertex,& in hieme rursum distans ab ipso,caliditate & frigiditate operatus

temporum dictam. Audis autẽ q & calidũ esse coeleste corpus putans, & caliditate simili cũ igne, qui est sub luna inertem ipm solum corporũ quæ in mundo esse/ait/neq enim extremã sphærã agere in cœlestes q̃ sub ipsa sunt spheras, neq totum coelũ in hypeccauma. non enim natũ est/ait/simile pati à simili, sed solum hypeccauma agit in ea q̃ sub ipso sunt. Et palã q & si uitalis sit coeli caliditas, ut iste uult, operabit tamẽ etiam sic in ea q̃ sub luna sunt. Qualiter aũt ultimũ cœlum supponẽs calidũ, sine actione dicit ipm penitus, solem aũt calefacere nos: nam & ipse ſm ipsius rõnem in cœlestes sphæras nihil aget, nõ enim natũ est, ut/ait/simile à simili pati, sed neq in ignem. q̃re neq in ea q̃ hic, sed fortè nõ agit coelũ ſm suas q̃litates in ea q̃ sub luna. patit aũt ab ipsis, aut neq faciens, neq patiens easdẽ habens q̃litates, & eiusdẽ naturæ cũ ipsis dicit, ab isto bono & pbo uiro. palã est autẽ q & ſm dictos ab ipso sermones, neq hypeccauma aget aliquid in aerem nisi ſm extremã ipsius partem ppinquã aeri, & aer iterum ſm extremã ipsius ptem in aquã. Qũo autẽ qui prius coelũ solidius & fortius & principalius confitebat, nunc pnunciauit oibus ipsum minus actiuũ: Cum dixisset autẽ Alexander cãm qua saluant & cõmanent elẽta, & nõ corrũpuntur ab inuicem esse ẹq̃litatem uirtutũ ipsorum, multum autẽ superexcedet aer, si usq ad coelum ptingit, & ad hoc ɔtradicens iste/ait/& paucum aerẽ cõtingit multũ infrigidari, & multũ debilius, & palã q aduentitias q̃litates nihil phibet & in pauco ualidiores esse, ut dictũ est, & in multo remissiores. eas uero q̃ ſcdm naturam aeri ɔueniunt, necesse est, cũ magnitudie ipsius extẽdi, & uirtutes naturales ut tales accipe, non ut aduẽtitias, & æqualitatẽ uirtutum harũ intelligere oportet. si igitur aer esset solus à terra usq ad coelũ, qũo esset cõiugabile alis elementis, aut qũo æqualis uirtutis essent alia cum ipso habẽte tm̃ excessum ſm magnitudinẽ: nam & si non sint æq̃lium magnitudinũ elẽta, tamen oportet ipsa habere adinuicem quãdam pportionẽ apte cõuenientem: coelum aũt totum & hypeccauma si foret ignis, quę utiq erit aliorum ad hęc pportio ſm magnitudinem, aut terræ ad eam q̃ est à terra usq ad coelũ diffusionẽ aeris: Quoniã autẽ nescio q̃liter dicta Platonis placere huic uident cum nõ habuerit doctores in ipsis, ut dicit, neq ipse studiose inquisierit intellm̃ Platonis, & pp̃ter hoc putat quãdoq suis phantasis cõcordare dicta Platonis, quãdoq autẽ dictis Aristotelis cõtradicere: uideamus q̃lia etiã nunc de dictis Platonis pponit. Plato/ait/non ex igne solo coelestia corpora supposuit, sed plurimo maxie participare tali igne, qui & reliquorum elẽtorum mixturã melioris cõmixtionis facit. Omnis enim/ait/ab oibus elementis subtilissima & purissima subã, & obtinens rõnem spẽi ad reliqua, in ɔcretionem cœlestiũ corporũ segregata, à materialiori ipsorũ, & ut ita dicam rudiori parte substituta hic est. astra quoq & solem ex tali igne Plato uult esse. Si igit ex subtilissima & purissima elẽtorum substãtia coelum consistit, & habẽte rõnem speciei, ut ad materiam & fecẽ hanc dico substantiã elẽtorum q̃ hic sunt: q̃liter cœlestia putat eiusdem naturæ cum his q̃ hic, & similiter corruptibilia: forte aũt & adhuc magis, siquidẽ horũ totalitas icorruptibilis ostendit. si enim alterius elẽti corruptio, est transmutatio in aliud & generatio alterius, quomõ possibile est corrũpi talem structurã: sed quę põt esse in coelum, despectio simplicium ubi in deum impietatẽ fecerũt. Plato uero oẽm quidem mũdum, ex q̃tuor elemẽtis ɔsistere dixit, uisibilitatem q̃dem ex igne habẽtem, tangibilitatem aũt ex terra, mediis autem elẽtis factis ad colligationem extremorũ harmonizatã, sed cœlũ quidem ex purissimo elemẽtorũ, & hñtibus rõnem spẽi cõsistere/ait/hñs summũ corporeę naturæ. pp̃ter quod & perpetuũ est, & diuinũ, quia oĩum summa, ppetua sunt & diuina, ueluti diuinis attributa summa oĩum, nam ut sunt & primi intellectus diuini, & primæ aiæ, sic & prima corpora & motũ, propter hoc primũ, eum qui est secũdum locum existentẽ primũ. s. circulationẽ sortiti sunt, aliis factis causa huius. ex plurimo autẽ igne coelum Plato dicit, quia tribus existentibus spẽbus ignis ſm ipsum. s. carbone/& flãma/& lumie, ex purissimo & luminosissimo maxie cõsistit lumine, sicut enim eorum q̃ sub luna uocatorũ elẽtorum, unũquodq constat, ex quatuor simplicibus & uere elẽtis/ essentiatur autẽ & uocatur ſm p̃dominium unius, ita & coelũ ex sũmitatibus cõstans q̃tuor elemẽtorum ſm melius extremitatũ substãtiatur, luminosum & totũ fulgens effectũ, pp̃ter quod & olympus ubiq appellat. quod aũt & eorum q̃ sub luna uocatorũ elementorum tota & partes non sunt pprie simplicia, palã est, & ex sensu. terra enim cõtinuatur & nõ est continua nisi pp̃ter aquã q̃ est in ipsa, colorata est etiam terra, & uiuificat propter ignẽ. plena aũt est semp, uacuo nõ dans locũ, quę diffluit pp̃ter aeris ingressum, per quẽ & stat recta & nõ cadit, sic autem & in aliis est uidere. Palàm autẽ & ex elemẽtari natura est quod dicit. elẽta enim ſm quod elementa sunt, sicut & orationis & q̃tuor elẽta, ſcdm se quidẽ nusquã sunt, iter sese aũt semper cõcathenata cõpositum faciũt, etenim sicut ptes orationis sunt, p se esse nõ possunt, partes cum sint, sic & elementa cõpositi sunt, & inter sese semp cõcathenata sunt, & nunq̃ per se cõsistunt, inuicem aũt primo cõmixta, & secũdum dñium unius specificãtur, sic à simplicibus his ſm dominiũ, penes secũdam cõpositionem aialia fiunt & plantę, & horũ cõstant partes, cõtendentes, seruare antiquã unionẽ in suis

ipsorum causis adinuicē semp copulata. ¶ Sed quomō Aristo. uidet̃ cōtraria Platoni dicere, circa substantiam cœlestis corporis, neq; cōpositum ipm̃ cōcedens esse, neq; simplex, ut ignem, aut aliud aliquod quatuor uocatorũ elẽtorum? An forte aute hos impios homines ꝑdiuinauit gigãteam, hãc in cœlum inuasionẽ, & ꝓpter hoc penitus ipsum, ab his q̃ sub luna sunt eximit, & diuinam excellẽtiam respectu ipsorũ intelligi uolens, & à nominibus abstinuit conãtibus trahere ipm̃ ad similitudinẽ, pp qd̃ & ipsum exaltauit supra cōposita, q̃ hic sunt & simplicia? Qd̃ aũt sc̃dm ipsos intellis nō differebat à Platone, est addiscere intelligentem, quod etiam ipse uisibile esse & tãgibile de facili cœlũ cõfiteret̃, uisibilitas enim etiam nobis est manifesta uolentibus uidere, quod aũt & se tangãt inuicem cœlestia corpora, manifestũ. Si igitur uisibilitas inest ꝓpter colorẽ, colores aũt luminosi alicuius sunt traditiones. tangibilitas autẽ ꝓpter terrę resistentiã: qualr̃ non utiq; concedet etiam Arist. ibi esse ignẽ & terram. & palã ꝙ etiam media his existentibus extremis & indigentibus penitus medietate, sed non hãc terram neq; hunc ignem, quorũ partes & abstrahunt̃ præter naturã dispositæ, & sc̃dm rectam moueri natæ sunt, ꝓpter suã impfectionem. nam cœlestiũ ad ea q̃ sub luna, excessum ad differẽtia horum imperfectorũ motum accepit, ut ab hac terra & ab hoc igne separet cœlestia, quorum & si tota maneãt ſm naturam, tamen partes & ꝑter naturam quãdoq; disponunt̃, tãquã imperfectis his quæ sub luna sunt corporibus, & tãquã accedẽtibus ad ꝓpria & ad meliora suiipsorum, & ꝓpter hoc ipsis rectum motũ attribuit: & in ultimis huius negocii, & in his quæ de generatione. Merito ergo neq; ex multo igne ipsum esse cõcedit, hunc ignem negans, qui transmutat in seipsum alia, ꝓpter quod siqdẽ ex igne consisterent, illa, ait, olim annihilatum esset unumqdq; aliorum, quoniã qd̃ & ipse ſm dominium unius simplicium putat, quę hic uocant̃ elementa specificari, & ut puto etiam cœlum, palã est ex eo ꝙ in multis locis, ait, simplicibus motibus de quibus sermo erat ei non sola simplicia corpora moueri, sed & cõposita ſm ꝑdominãs i mixtura. ¶ Qualr̃ igitur dicimus ipsum cõtraria Platoni dicere in his qui neq; de eisdem cõtraria dicit? Et ut meam sententiã dicam, uidet̃ mihi & in his eãdem passionem pati Aristo. quam & in ideis passus est. etenim & in illis esse quidem causas omniũ in deo & segregatas has plane dans uidetur, siqdem duplicem esse ordinem, ait, hunc qdem hic, hũc autem in conditore, & hunc ab illo, tãquã duplicem ordinẽ: hunc quidem in duce exercitus, hũc autem in exercitu, & alterũ ab altero: ubi aũt ordo, ibi semper & segregatio est. Causas tamen eisdem nominibus cum his quæ hic uocare recusauit, hominem aut equum aut aliquod aliorũ quæ hic sunt, quia de facili cum nominibus cõcurrũt multorum hoĩum phãtasiæ. Sic autem & hic ex luminosa qdem & tangibili substantia cõstare, & ipse utiq; dicet, & ꝑdominari quod luminosum, tamen non ex his q̃ hic talibus, sed ex summitatibus, ut insinuat diuinũ ipsum & primum dicens. ubi ait. Siqdem igitur est aliquid diuinũ, sicut uere est, & quæ nũc dicta sunt de prima substantia corporũ, dicta sunt bene. & ꝓpter hoc, quintam subam nominare uoluit ipse, ut intellectus de ipso tãquã de penitus exempto ab his quæ hic cõfirmaretur. Quod autẽ neq; hoc à Platonis traditione discordet, manifestũ, & prius ex eo qd̃ Plato dicit, aliis qdem figuris elementa quæ sub luna figurare conditorem, alia aũt cœleste corpus: & etiã ex his quæ à Xenocrate scribũtur de his quæ narrata sunt, quæ nunc memorare non erit prauũ, & habẽtur in scriptis de uita Platonis sic. Animalia quidem igitur rursum sic diuidit in ideas & partes omnino diuidens quousque ad elementa omnium animalium pertingat, quæ utiq; quinque figuras & corpora nominauit, in æthera, & ignem, & aquam, & terram, & aerem. Et hæc quidem sufficiant de his quæ Platoni & Aristoteli uidebantur in propositis, si quid fortè dedit Deus intelligere de his quæ placuerunt illis diuinis uiris. Adhuc autem rursum aduersus caliditates, & frigiditates, siccitates & humiditates, & mollities, & duricies, & alias tangibiles & passibiles q̃litates in cœlo poni ↄtendentem, dicendũ: ꝙ siquidẽ agere in ea quæ hic, & pati ab his quæ hic natę sunt tales cœli q̃litates, qualiter nulla usq; nunc circa ipm̃ apparet alteratio, facta ab his quæ hic? nam & si magis difficulter sit passibile q̃ ea q̃ hic, tamẽ nouissimis iam diebus existẽtibus, ut aiunt, & consumatione seculi quã iãdudũ, expectãt oportebat aliquid omnino usq; nunc alteratum apparere circa cœlũ & circa motum cœli, si autẽ patiuntur quidẽ ab ipso q̃ hic, agere autẽ in ipsum nihil nata sunt, qualr̃ audemus dicere illud eiusdẽ naturæ cum his: & ad hoc ẽt Platonem inducimus testem tanq̃ dicentẽ cœlum ex quatuor elementis? Qualiter autẽ ex eo ꝙ sol calefacit ea q̃ hic, putat ipm̃ esse calidum ſm q̃litatem participãtem multo igne, qd̃ qdem & ex colore cõiicit. Eteni & aliis astris cõuenit participare multo igne habentibus igneũ colorẽ, stella Saturni infrigidare & cõgregare ea q̃ hic creditur: & palã ꝙ ſm eandẽ rationẽ frigida utiq; erit ipsa & non ignea, sed aquea magis: sed neq; sol tanq̃ ignis existens, hoc modo calefacit, neq; stella Saturni tanq̃ aquosa infrigidat, sed cõiter quidẽ omnes suis incorporeis uirtutibus uertunt q̃ hic sunt corpora ad suas ꝓprietates, sicut & anima uerecũdata, aut meditans aliquid sua incorporea opatione quãdoq; quidẽ rubere, quãdoq;

uniuersaliter si quid alteratur hoc augeri:si enim q̃ alterać, hac augeć & diminuić, necessitaté habet sermo,si aũt nõ,nequaq̃.Sed & in ꝑdicamentis/ait,ipse Aristote.dixit,ꝙ neq; augeri necessariũ est fm passionem mota/neq; diminui. quorũ enim/ait, Alexáder substantiæ quæ fm speciem est, ꝯtrariũ est aliquod:& passionibus hæc ꝓpter eam quæ fm substantiã est ꝯtrarietatem, erunt simul qdem generabilia & corruptibilia, simul aũt augmentabilia & diminuibilia, ꝓpter eam aũt quæ fm passionem est cõtrarietatem,alterabilia:quæcũq; aũt nullã habent fm subam cõtrarietatem sed in q̃litatibus habent ꝯtrarietatem,hæc ingenerabilia entia & inaugmentabilia, nihil ꝓhibet alterari & ita pati. ☞No tandum aũt/ait, & ꝙ non ꝓpter nullũ esse ꝯtrarium ipsorũ accidenti q̃litati,inalterabilia ipsa ostendit:si quidem usus fuisset ipso,si sic putasset sicut & ingenerabilia ostendit ex eo qđ nullũ sit ꝯtrariũ. Et dicentibus ait Arist.dicere quintũ corpus non esse q̃le nõ est credendũ,facile.n.erat ipsi hinc ostédere,ꝙ inalterabile:qđ enim non à principio habet q̃litatem,neq; utiq; fm qualitaté transmutabić. Notaui hic auté ait,pro ostensione ꝙ & si accidit corpus circulare post solé calefactũ à solis circulatione tráśmittere ulteriori corpori caliditaté ꝓuenientem à motu illius,nullũ incõueniens affert substantiæ corporis circularis:nõ eni semper qđ alteratur corruptibile est, sed q̃cũq; fm substantiã sunt possibilia tráśmutari: talia aũt sunt quorũ substantiæ & speciei est aliquid ꝯtrariũ, ut enim ipse dicit, illud est impassibile omnis mortalis difficultatis, sed nõ simpl'r impassibile: nõ eni si accidéti alicui sit aliquod cõtrariũ, iam & ipsi necesse est aliquid esse cõtrariũ. astra enim colores habent: si aũt omnis color/aut albus est/aut niger/aut mixtus,erit utiq; cõtrariũ astrorũ colori,aut ex ꝯtrariis color ipsorũ cõpositus,sed non ꝓpter hoc corruptibilia sunt astra, quia non est in substátia ipsorũ color.Hæc Alexandro dicente feré ipsis uerbis:primo quidé attendendũ puto,si Aristo.ita subito in tali negocio syllogizabat ꝑter rõnem, quáuis fm rationabilitatem acceptũ esse cautus iste dicat,deinde dicendũ (ut existimo) ꝙ Arist.non omné alterationé abnegat à cœlestibus: nõ enim & eam tradere & accipere q̃ se inuicem ꝑficiunt,sed eam q̃ patiũtur,q̃ sæpe & si fm accidens,tamé causa fit augmentationis,& diminutionis.quę eni exsiccantur,& patiuné siccitatis passionem,& maxime fm dispositioné,uel ét adhuc magis fm habitũ diminuũtur,& q̃ humectátur,apposita humiditate augmentátur,sic ét & quę inspissantur,diminuũtur,quæ aũt rarefiunt,augmentané, excepto ꝙ quáuis non tanq̃ causæ cõsiderantur, non tamé cõcurrunt semp alterabilibus passionibus augmentatio & diminutio, neq; omni alterationi.Palá enim (ut existimo) ꝙ & cœlestia corpora agũt in se inuicem, & tradũt sibi inuicem suas bonitates,aliasq; alias fm diuersas figurationes:sicut enim luna uideć alias fm aliquã suarũ partium suscipiens solare lumen fm uarias distátias ad ipm,sic & omnia alia in seinuicé agunt,quáuis occulte nobis sint tales alterationes: palá est eni (ut existimo) hoc & ex his q sunt hic effectibus. Alias enim aliorũ causa fiũt illa fm diuersas ipsorũ figurationes & diuersas cõplexiões:& neq; in luna augmentatio uel diminutio uideć facta cũ tali alteratione:siqdem neq; tá euidenter existére in aliis astris, præterq̃ quádo ꝓpinquiora terræ/aut remotiora fiũt,tũc enim ꝓpter distátiam ad nos diuersam existentem,uidentur nobis habétia diuersam magnitudiné:nõ sunt aũt traditiones istæ passiuæ,sed ꝑfectiuæ:coexistere enim ibi possunt & ꝯtraria,hic uero ꝓpter eam q̃ ab inuicem distantiã nõ apta sunt coexistere inuicem, cũ seinuicem exterminent, & ꝓpter hoc passiue agũt. ferrũ eni ab igne calefactũ, passiueq;/alteratũ,non adhuc infrigidare potest,q̃uis frigidũ fm naturã existat, quia fm passioné operatur.luna uero quouismodo altereć à solaribus radiis tráśmittit in nos lumé solare,eum sua ꝓprietate : non eni tráśmutauit aliquid à substátia ipsius alteratio,sed ꝑfecit solũ inexistétes uirtutes. Bene enim dicit & Melissus,qđ in ter millibus annis alterũ fit,fm substátiam uidelicet,peribit utiq; in toto tempore: quia & si alterari dicat quis cœlestia adinuicem. & non fm passioné fieri dicat alterationé hanc sed ꝑfectiuam ut & anima alterari dicetur in diuino numine afflata,passio eni fm transmutationem alicuius substantialis fit.ꝓpter qđ & alia species alteratiõis est,q̃ fit fm passioné ab ea quę fit fm uirtutem. Et ꝓpter hoc bene(ut existimo) Aristo.nõ simpl'r omné alterationem,sed passiuã abnegat à cœlestibus,cui semp & augmentatio & diminutio & corruptio coexistit: & ꝓpter hoc alteratiões quas debebat abnegare,ad passionem tráśumpsit dicés:q̃lis aũt habitus qdem & dispositiones nõ sine tráśmutationibus quæ fm passiones fiũt: quæ aũt fm passioné,in se habét passionem: & ꝓcedens,ét quod sic inalterabile,tãq̃ impassibile dicat, manifestauit p hoc qđ dicit, & inalterabile & impassibile é primũ corporũ.Quare & Alexádro dicenti alterationem qdem in cœlestibus nõ deficere fm Aristo. cõsentiendũ,tanq̃ & q̃litate existente ibi,non tamé passiuã alterationé cõcedendũ fm ipsum, non eni festinauit per ipassibilitatem ostendere inalterabilitatem:& oportet hoc cũ demõstratiõe intelligenté necessitatem etiã ipsius uidere:nã tráśmutabiliter patiétia fm naturã corpora & augmétané/& diminuuntur/& generané/& corrũpuntur,non tamé ipso alterari augmentátur aut diminuuné: sed sunt quidé in elementatis ambo,rationé aũt habentia ꝓpriam. ꝓpter qđ in ꝑdicamétis dixit Aristo.ꝙ neq;

augeri necessariũ est, quæ fm passioné mouenť, neq; diminui: neq; enim rõne passionis augenť aut diminnunť:& inest semp angeri & minui, patientibus tráſmutabilé habennbus naturá. Qualiter aũt ea quæ fm substátiam habent cõtrarietatem, his ait Alexádec angeri, & minui, & generari, & corrũpi, siquidem substátiæ nihil est cõtrariũ, excepta priuatiõe ipsius, q̃ actiuá uirtntem nõ habet, sed aptitudinem solá snpponit, & qd generať ex hac, nõ tanq̃ ex faciente sed táq̃ post hanc, & tanq̃ ex idonco ad ipsum: si igitur solũ ex cõtrario est generatio, cõtrarietas aũt in q̃litatibus cõsiderať: pala est q; fm passiones q̃litatum & generationes & corruptiones accidũt & augmentationes & diminutiones: elementis enim fm q̃litates in seinuicem tráſmutátibus, hæc accidũt. Transmutanť auté agentia in seinuicem, & patientia abinuicem. Quare quodámodo fm accidens, fm substátiam tráſmutatio fit obsequés ei quę fit fm q̃litates, quia tráſmutátur ꝓprie & imediate & necessario q̃ tráſmutanť à cõtrario. Substantiæ anté cõtrariũ non est, sed cõplentibus subam q̃litanbus, & hoc fm substantiá tráſmutatio, quia eorũ est quæ fm substantiá insunt. Bene igitur & examinate Aristo. q̃ passiue alterátur, & fm subam patiuntuc ait. intensa enim passio tráſmutationem facit semp elementorũ, substantiá cõstituétium: bene auté eam quæ fm passionem altecationé à cœlestibus abnegauit, cõtentus ꝓdemõstratis: si enim q̃ passiue alteranť, & fm subam patinnť, genita & corrupta, & augmentata & diminuta: palá est q; quæ ab his excépta sunt, & supra passiuá alterationem extollunť: q̃re & calefieri à sole sphęras q̃ infra ipm, & tráſmittere hnc caliditaté, dictũ ab Alexádro caute est intelligendũ, passiuá quidé aliquá q̃litatem nullatenus ibi cõcedendo accidere. Omnino eni sequereť, & fm subam transmutatio: perfectiuam auté & uiuificá quádá qualitaté coexistenté his quæ fm naturá se habét à sole tradit dicendum est sed nõ transmutatiuá ipsorũ, sicut eam quæ fit fm passioné alteratio: nam & hic cũ passione aer solis fecũdam suscipiés caliditaté cũ passione quę hic sunt calefacit, nõ enim solũ solares defluxus sed etiá aliorũ cœlestiũ cũ passione suscipiũt q̃ hic sunt. si auté cœleste est impassibile omnis mortalis difficultatis, palá q; & omnis passio mortalibus inexistens à cœlo cemoueť ut & caliditas hęc passiua quę intensa etiá substantiá dissoluit, nõ ɔueniat ipsi, neq; species uniuersaliter talis generatiua exñs: q̃re siquidé hæc sola passio dicitur, q̃ generatiua, oĩs passio táq̃ talis exñs, abnegať à cœlesti: si qũt est aliqua pfectiua passio dicta, cœlestis corpis, q̃ cœlesti cõueniat, alius utiq; erit de illa sermo: quãtus aũt cõtrarios colores, aut alias q̃litates in cœlestibus supponat aliquis, nõ utiq; erũt corruptibilia cœlestia quia ibi concordia nõ altercátia cõsistunt cõtraria: ut dictũ est sæpe. ꝓptec quod neq; passiuá habét, adinuicem actionem & passionem, quia neq; transmutace seinuicem queunt.

Qđ igitur sempiternũ & neq; augmentũ hábẽs neq, decrementũ, sed insenescibile, & inalterabile & impassibile est primũ corporum, siquis suppositis credit, manifestum est ex dictis.

Cõm. 25. Memorat ꝓxime demõstrata de circularitec mobili corpore, qđ æternũ sit siquidé neq; generationem habet neq; corruptioné, & q; neq; augmentationé neq; diminutioné habet: tale auté existens & insenescibile est, & sic inalterabile ut sit impassibile: mihi enim nõ fcustra uidetuc ulnimo apposuisse, {impassibile} sed ut omnibus fm passiones accidentibus expers esse cœlũ ostédat. Hoc auté si quis suppositis credit, dicemus utiq; & primas suppositiones ex qbus demõstrationes cõclusę sunt de quibus & Plotinus dixit. Aristoteli eni nullus utiq; labor erit, sigs ipsi suppositiones qnti corporis acceptauerit: hinc (ut existimo) hoc sumés: dicet auté utiq; aligs suppositiones & fundaméta omnia ex quibus demõstrationes cõclusæ sunt. Forté auté conuenientius esset intelligere suppositioné q̃ dicit, q; circulari motui nõ est ɔtrarius motus, & q; quæ generanť & corrũpuntur ex ɔtrariis geneeanť & in ɔtraria corrũpuntur: hoc enim táq̃ suppositiones accipiens, ingenitũ esse cœlũ cõclusit, hoc quidé ut nondum demonstratum: hoc autem ut in physicis demonstratum.

Videtur auté & ratio apparẽtibus testificari, & apparentia rationi: omnes eni homines de dijs habent existimationẽ, & omnes eum qui sursum est locũ deo attribuũt, & barbari & gręci quicunq; putant esse deos, ut uidelicet immortali immortale coaptatum sit: impossibile enim.

Cõm. 26. Duo hic nobis ad fidem ueritatis cõferunt, demõstratiua rõ, & cõis hominũ ꝓsumptio, aut quæ à sensu fit euidentia: & cõsona qdem ipsis, & maxime in naturalibus rebus, ex simili hñtibus demõstrationem, irrefragabilis fides fit, dissonis aũt, dubitatio q̃dam relinquiť. Merito igitur post demõstrationem & eam q̃ ab apparentibus ꝓducit fidem, q̃ quibusdá & plurimis sufficit, ad sic existimádum, tria autem ab apparentibus inducit testimonia: unũ à suspiciõe q̃ est apud hoies de cœlestibus. secũdum à sensu & memoria q̃ de ipsis. tertium à nomine uocátium ipm ætherem. ¶ Primum autem diuidit Alexander in hoc q; oés homines existimát deos esse, & hoc q; diuinũ existimant in loco qui sursum

est:ait autem ꝙ ambo esse ratio ośdit,& quia est id qđ est diuinū,nam ingenitum & incorruptibile & inaugmētabile,& impassibile corpus aliquod ośdens ratio,& prius alus oibus & perfectius ibi & deos esse ꝓbauit & ostendit:sed & ostendens,ait,aliquid esse circulariter motū & circa medium uniuersi,ꝙ in loco superiori est ꝓbauit.hæc quidem igiť Alexáder.¶ Fortè autē nunc suspicionem oium hominū ꝙ sint dii,adducit in testimoniū, quia omnes hoies quicūq; putat esse deos ꝑter Hippones & Diagoras,& sicubi sunt aliqui in locis nobis incognitis simili infortunati:quicūq; igiť deos putát, omnium supremum locū illis assignát,sed nō ex esse corpa talia deos esse ꝓbauit Arist.nisi fortè deorū sint habitacula,qm̄ ꝙ sint dii æternales intellectuales,in octauo de naturali auditu ośdit,& in metaphysica:& hoc tanq immortali imortale coaptatum de loco & cœlesti corpori intelligit Alexáder, tāq̄ & hoc existente deo,& hoc.{ impoſe enim aliter } sic intelligit, ꝙ impossibile sit supremū locum diuinum esse,non existente ibi deo:& hoc qdem uerū est.Immortali autem deo imortale corpus cœleste coaptatū esse,ait,& locū:impoſe enim aliter,hoc est non imortali imortale coaptatū esse:hoc aūt, oēs & non solū Græcos,sed & Barbaros ostendit in aiabus naturalē quādam talē suspicionē inueniri.

Si quidem igitur est aliquid diuinum, quemadmodum est, & nunc dicta de prima substantia corporea, dicta sunt bene.

Et hic Alexan. syllogismū ita ꝓducit { si est aliquid diuinū } hoc est, si sunt dii, & q̄ à nobis sunt dicta de circulari corpore,dicta sunt bene:at uero dii sunt æterni qui sunt in supremo loco, & omnia quæcūq; diximus,& q̄ à nobis ergo dicta sunt de prima suba,dicta sunt bene.fortè autē nō dixit,si sunt dii,sed si est aliqđ diuinū corpus hoc est circulo mobile,& bene dicta sunt q̄ de ipso dicta sunt. Hoc aūt { si qdē igiť } bene notauit Alexáder ꝙ copulatiuo assimilauit,pp euidentiá: si eni sunt dii, quod tanq̄ probatū & euidens dimisit,est aliquod diuinū corpus exemptū ab ipsis:siquidem igitur est aliquod diuinum corpus,bene dicta sunt, quæ de circulariter mobili corpore tanq̄ hoc existente diuino,ut manifestauit communis hominum suspicio. Com. 27.

Accidit autē hoc & per sensum sufficiēter, ut ad humanā diceretur fidē, in omni enim ꝑterito tpe secūdum traditam memoriam nihil videtur transmutatum, neq; secūdum totum extremum cœlum, neq; secundum ullam partem ipsius propriam.

Secundam hanc fidē demōstratis apponat de hoc:ꝙ circulariter mobile corpus sit ingenitū & incorruptibile & impassibile.est aūt fides q̄ à sensu nostro tradita est uobis ab antiquo:ex quo memoriæ talium traditæ sunt. Audiui aūt ego Ægyptios astrorum obseruationes habuisse descriptas non paucioribus q̄ à quinque milibus annorū,Babylonios aūt adhuc à pluribus:in tātis autem tēporibus nihil narratū est,circa cœlū aliter se habuisse q̄ nunc,neq; circa numerū astrorum,neq; circa magnitudinem ipsorū uel colorem,neq; circa motus restitutiones.quod autē in tantis annis nihil passum est, sed in statu suo existit semper,qūo possibile est ꝑtransiens statū corrumpi? Etenim aūt usu hos dies esse nouissimos mundo.siqdem (ut existimo) una hora, in idētitate manens inuariabiliter,à generatione & corruptione eximetur:qđ enim generať oē in principio cuiusdā tēporis ex imperfecto incipiens ad ꝑfectionem suā & statum ꝓcedens uidemus:& ita à statu ad declinationē delatum corrūpitur:quod aūt in toto tpe hominibus cognito in idētitate mansit,indubitatum est neq; generari,neq; corrumpi.Extremum aūt cœlū dixit circulr mobile corpus,ɔtradistinguens ipm ad totum mundū, cœlum & ipm uocatū.Vide autem quod qbus alius tanq̄ euidentissimis ostensionibus usus fuisset: his ipse tanquā persuasionibus utitur post demonstrationes. Com. 28.

Videtur aūt & nomē ab antiquis datum esse vsq; ad præsens tēpus hoc mō existimātibus, quo qdē & nos dicimus: nō.n.semel neq; bis, sed multotiēs oportet putare easdē ad nos redysse opiniōes, ꝑp qđ tanq̄ altero quodā existente primo corpore præter terrā & ignē, & aquā, & aerem, æthera appellauerunt supremū locū à currere semper, sempiterno tempore denominationē ipsi ponentes. Anaxagoras autem vtitur hoc nomine non bene: nominat enim æthera pro igne.

Tertiam ꝑsuasionem ad ꝑpetuitatē ꝓducit eam quæ est à noie tradito usq; ab antiquis:duos aūt intellectus nobis à noie insinuat,ab ipsis imponētibus:ęthera enim ipm appellauerūt tanq̄ supremū, & oibus suplocatū,his q̄ sub luna sunt elmtis,quorū unūquodq; ꝓprio quodā nomine uocauerunt, singulariter cœlū noie ętheris nomināte extremū & superexcedens insinuātes & subtilissimū & purissimum,eorum q̄ sub ipso;insinuat autē nomē à semp currendo deriuatū perpetuū ipsi conuenit Com. 29.

motum exprimens & ppetuitatem subsistentiæ coinsinuatã.uolens aũt ostẽdere homines ab imponẽ
tibus nomen usq; nũc habuisse hanc opionem, sæpe/ait/in hoĩes deuenisse easdem opiones,& si fiãt
quãdoq; interruptiones.Palã est autem q existimandũ est,ueras opiones sæpe deuenire easdem:ma/
nens enim rerũ natura,eos qui paulo ante errauerunt,reducit iterum ad seipsam:falsæ aũt opiniones
indeterminate existẽtes,& apud indeterminate motas aĩas factę,nõ oportet q reuertanť eædem sem
per. Accusat aũt Anaxagorã,non bene etymologizantem nomen ætheris αἴθειν quod est ardere,& ,p/
pter hoc utentẽ ipso in igne.si esset hæc nois scdm naturã intelligentia,apud nos utiq; ignis uocareť
æther:q̃ igitur utilitas est duobus nominibus i significationẽ unius utentẽ/alterum significatorum
obtegere.¶ Sed qm̃ iterum iste qui se Grãmaticum inscribit,euidenter intentionẽ suã statuens simi/
libus sibi psuadere,mũdum corruptibilem existimat,& genitũ à quodã tpe,,ppter quod iritatur ad
uersus demõstrantes cœlum ingenitũ & incorruptibile,& aduersus dicta in his ab Arist.multam cõ
mouet feculentiã sermonum,age nunc maximũ Herculem in auxiliũ uocemus aduocantes coopera
torem ad purgãdum feces quas in sermonibus ipsius suscepimus. Proposita igiť in principio Arist.
diuisiõe significationũ generabilis & igenerabilis apud finẽ libri: ingrit ſm quã sigñationẽ ostendit
nũc Ari.cœlũ igenitũ,& scribit sic.Quod neq; sic genitũ sit cœlũ aut mũdus,tãq̃ ipossibili q sit geni/
tum existente,palã enim q est,& perfectionẽ suæ naturę accepit.igiť una & sola iam positio relinqui
tur,si neq; sic genitus esse põt,tanq̃ principiũ essendi hñs,& si nõ per generationem inesse ,pductus
est.Quoniã igitur talẽ mũdi generationẽ perimere uolens Aristo.utitur dignitate.s.q oẽ quod genę
ratur,ex cõtrariis generatur:q̃rendum si omne quod ſm tempus generať,ex cõtrariis semper habet
generationem?In his itaq; sit qdem ingenitũ,tanq̃ impoſe genitum eẽ,quod qdem est tertium signi/
ficatum,abnegat:est enim/ait/& pfectionem accepit.equidẽ & Arist.oino nouit,quia est,sed sic est,ut
non genitus,neq; ut quãdoq; quidẽ ens,q̃doq; aũt non ens.Vna igiť/ait/relinquiť positio ingeniti,si
neq; sic fit ingenitũ,ut tactus & fulguratio,& demũ quæ subito fiunt.Huiusmodi eni sunt & princi
piũ essendi non hñt,quãuis non p generationẽ in esse deducta sint.q̃le igiť dinumeratorũ ab Aristo.
trium significatorũ est ingenerabile,qđ nunc q̃ritur?si enim neq; qđ repẽte,neq; qđ cõtingens qdem
generari,nõ dum autẽ ẽ genitũ,neq; qđ est impoſe generari:prorsus enim iste dicit,q neq; sit genitũ,
tanq̃ existẽte impoſi ipm genitũ esse:frustra,ut dicit ,pponebat ingrere,ſm qđ ingeniti significatũ di/
stinctorum ab ipso/ait/Arist.mũdũ igenitũ eẽ.sed uide,qualẽ põnem/ait/reliquit,si neq; sic genitũ est
ut qđ repẽte,hoc est si sic est genitũ,q̃ n.subito fiũt inter genita posuit Arist.& palã est q sic ẽ igenitũ
ait/eẽ tãq̃ impoſe genitũ esse,sed nõ tãq̃ impoſe q̃litercũq; subsistere, sicut putauit iste duo & duo eẽ
impossibile tria fieri.Non enim q̃a p generationẽ non potest hoc existere,uerũ est dicere,q impossibi
le est genitũ esse,sed q̃a entium omnino nõ est ens.Igitur q̃lis utiq; erit uir iste stolidus, neq; talia dis
cernere potens,& ausus ɔtradicere Aristo.qui neq; potuit uidere ,ppositum ab ipso ingeniti signifi/
catum,& oppugnat ipm? uides enim q talẽ mundi generationẽ pimere putat Aristo.s.tãq̃ principiũ
essendi habentem, quãuis non p generationem ad esse puenerit, qđ qdem in repentinis est uidere,&
q tale principiũ.s.essendi habens quãuis non p generationẽ inesse puenerit, non solũ tãq̃ ingenitum
Aristo.ſm primum ingeniti significatũ enumerauerit,sed & tanq̃ genitũ ſm primũ significatũ geniti
quãdo dixit/siue genitũ/siue genitũ,quãdoq; qdem ens,quãdo aũt nõ ens Quãuis igitur iste ignoret
ad quid cõtradictionẽ faciat: sciendũ q Aristo. cœlũ ingenitũ & incorruptibile dicit tãq̃ æternũ exi/
stens,quod qdem significauit p tertiũ significatũ ingeniti ubi dixit: unq aũt si quid omnino impossi
bile est generari,ut quãdoq; qdẽ sit,quãdoq; autẽ non,& sic impossibile dicit, qđ nõ uerũ sit dicere,
q generabitur:tale autẽ est,qđ non prius quidẽ non ens,posterius autẽ ens,& rursum iterũ non ens,
sed semper ens:genitũ.u.diffiniens ſm primũ modũ,siquid nõ prius ens,posterius est,aut potest om
nino generari siue p extẽsionẽ tẽporis trãsmutatũ est in esse ex nõ esse,siue repẽte priori & posteriori
partes temporis significãte,& corruptibile rursum qđ tali assimilať, quod prius ens,posterius aũt nõ
est/aut potest non esse/siue per durationẽ tẽporis/siue subito ad nõ esse transmutetur: cœlũ eni dicit
ingenitũ & incorruptibile,tanq̃ supeminens tali generationi & corruptioni.Et ad horũ demõstratio
nem duabus utitur,ppositionibus,ut dictũ est prius.s.dicẽte,qđ generať ex cõtrariis generať & in cõ
traria corrũpitur,& dicente,circulari motui non est motus ɔtrarius.Ad has igitur duas ,ppositiones
cõtradicens iste prius,priori cõtradicit,& q̃cũq; qdem dicere poterã ad intellligentiã Aristo. de sensu
harum,dicta sunt prius.ex illis autem facile(ut existimo)est dissoluere & huius uiri instantias.Dicit
igitur q Aristo.quidem & huius expositor Alexander in proprie cõtrariis hoc uerificari uolunt,cõ/
traria ex contrariis generari,alii autem aliqui & de priuatione & specie, sanam esse aiunt suppositio/
nem:sed q neq; in his,quæ ab Aristo.dicta sunt, cognoscit, manifestat ipse Aristo.dicens quòd mu/
sicum fit,ex non musico,uerũtamen non ex omni,sed ex imusico, & cõpositũ ex nõ incõposito & in

cõpositum ex cõpôsito,& corrũpi cõpositum i incõpositum, & hanc uõ in quãcũq;, sed in oppositã. differt autẽ nihil de harmonia dicere/aut ordie/aut cõpositione:q̃liter igiĉ iste/ait, Arist.in ꝓprie cõtrariis tñ sermonẽ de generatione facere:& in primo physicę libro,ex quo hæc ꝓposui.ꝙ tamẽ & ex ꝓprie cõtrariis,palã,& non oportebat de hoc ꝓlongare sermonẽ, neq; stultitiã istius adducere, cum nulla sit opportunitas: putans eni ostendere ꝙ cœlũ dicat Aristo. nullũ habere cõtrarium, de ꝓprie ɔtrario cogiĉ ostendere cœlũ hr̃e priuationẽ oppositã. Ait igitur, non utiq; dixit Arist.cœlũ non habere ɔtrarium aliquod,si ɔtrarium priuationẽ dicebat.necesse est itaq; rursum ipsius trãscribere uerba ꝓpter non credituros,num qs omnino tã stulta scripsisset. Si enim ait/& cõcedatur,cœli motui nõ esse motum contrarium priuationem quidem talis motus esse non est impossibile: omni enim rei naturali,in subiecto esse habenti, est aliqua opposita priuatio: naturalis autem quædam res & motus. quæ enim ante motum, & post quietem motus,immobilitas,priuatio existit talis motus. Si igitur cœli motui priuationem quidem esse oppositam non est impoſe: non ergo oppositionem ſm speciem & priuationẽ:sed contrariã accepit. In his itaq;,primo qdem qũo non attendit ꝙ Aristo.non cõcessit esse priuationem cõtrarii motus,qui putat se demõstrasse, in octauo de naturali auditu,ꝙ perpetuus est motus circularis,si autẽ esset,ut iste ait,& ante motũ hũc,& post motũ immobilitas qũo æternus motus esset? Scd̃o autem qũo quod quærebaĉ tãq̃ confessum nõ accepit:quæsitum enim est an æternũ sit cœlum & cœli motus,aut ab aliquo principio tẽporali genitũ, & finẽ essendi habebit post aliquod tp̃s,iste aũt tãquã cõfessum ab Arist.accipit,qđ & ante motum erat priuatio ipsius,& post motum,aut ignorãs quid significet priuatiõis nomen,aut si nouit ꝙ significat absentiam spẽi in nato habere ipsam,mirabile est qũo malitiose aut insensate de æternitate ingrẽs ut cõfessum accipit,& p̃existentem & sequẽtem habere priuationem.nõ.n. (ut existimo) & hoc ignorat,ꝙ priuationem q̃ est absentia spẽ,impossibile est coexistere cum ea,id Aristo.planè dicente in physica. Non.n.idem est homini & imusico esse,& hoc qdem permanet,hoc aũt non pmanet:quod.n.nõ est oppositum permanet,homo.n.manet sub musico,imusicum aũt non permanet. Qũo igiĉ aut Arist. æternum putãs/priuationem hr̃e existimabat,aut iste de æterno ingrens cõfessum accepit priuationem hr̃e? Et quãuis hoc putaret,tñ adhuc alia demonstratione indiguit ad ostendẽdum qđ intẽdebat,qa consimil̃r apud ipsum & cœlum & totus mũdus genita sunt à principio aliquo tẽporali,& in parte tẽporis corrũpenĉ. Talia itaq; ipsius somnia ꝓlõgare amplius cõpellor,non qa multis indigeãt sermonibus ad dissoluẽdum,nã & cęco qđ diciĉ est palã,sed ut addiscãt,qui ꝓpter magnitudinẽ librorum ipsius,& anteq̃ legant admirãtur ipsum,qũo ignorans iste in quã difficiles cõcertationes pueneritñã post pauca/ait/album.n.& nigrum,& uniuersaliter opposita,quorũ est aliqđ medium,cõtraria quidem oĩno sunt,speciei uero & priuationis nullum est medium:in materia.n.horũ utrũq; & non intermedia horum materia.qd enim? album & nigrum nõ in materia? qd autem? medium albi & nigri materia est? qũo autẽ si uia est aliq̃ & ꝓtensio q̃dam à priuatiõe in speciem,& à specie in priuationem,nõ erit utiq; aliqđ medium & horum quãuis non sit noĩatum. Multa igiĉ talia dicendo, ꝓponit ostendere tãdem,ꝙ nõ est uerum ꝙ fit generatio,ex ꝓprie contrariis:& post hoc ꝙ neq; ut ex priuatione,& qđ qdem non ex ꝓprie contrariis,per plura putat ostendere,quorũ primum est hoc:si nõ solum/ait/accidentia,sed & substãtiæ generaĉ,indiuiduæ autẽ substãtiæ nihil est cõtrarium,ut in p̃dicamentis ipse Aristo.docet,qual̃r omne qđ generatur ex contrariis generatur? Secundo/ait/si & irrationalium aiarum est generatio & non oĩs spẽs animæ ingenerabilis existit & icorruptibilis,dicit aliquis nobis,ex quo contrario aĩa equi & bouis & uniuscuiusq; reliquorũ brutorũ aialiũ genitæ sunt, aut iterum in qđ cõtrarium corruptæ resoluuntur? Adhuc autẽ/ait/euidentius sermonis falsitas apparebit cõsiderãti spẽs aiæ:qđ enim erit cõtrarium irascibili,& generatiuæ,& nutritiuæ,& augmẽtatiuæ,& appetitiuæ. Tertio autẽ non in substãtiis solum ait,sed & in ipsis accidentibus nõ uidetur uera Aristo.suppositio.generatur.n.triãgulus & circulus & reliquæ figuræ:& palã ꝙ nulla harũ ex cõtrariis fit:siqdem nõ est figura figuræ contraria,ut & ipsi uideĉ. Adhuc autẽ/ait/quarto,ex dextro sinistrum fit,hæc aũt ad aliqd sunt,ad aliqd autẽ nõ sunt cõtraria:& simpl̃r/ait/in qbuscũq; p̃dicamentis nõ sunt cõtraria,palã est ꝙ quæ in his sunt indiuidua ex cõtrariis nõ habent generationẽ. Quintum & hoc apponit. Sextum aũt,neq; in ipsa qualitate in qua maxime cõtraria sunt uniuersal̃r uerũ est,ut ait,puta in calido & frigido,sicco & humido:neq;.n.hæc oĩbus modis ex contrariis necesse est generari:si.n.aer/ait/neq; calorẽ habet,neq; saporem,ut ꝓbat,ꝙ neq; uisibilis est ipse, neq; gustabilis: trãsmutatur autẽ in aquã quæ & colorẽ habet & saporem,ex quibus cõtrariis coloris & saporis q in aere sunt generatur in aqua color & sapor,& siue in terrã/ait/aer trãsmutetur,siue in ignem,eadẽ dicẽdum. Sed & ſm putrefactionem/ait/aeris generãtur aĩalia uarios colores habẽtia,& saporũ differentias:ex quibus igitur in aere cõtrariis,cum aer cõtraria non habeat? Ex conueniẽti autem priuatiõe,

hoc est ex incoloratione quæ est in aere generari cõcedit. In igne autẽ de colore ipsius q̃rit hoc est de lumine, num sit aliquod an cõtrariũ lumini, aut nõ sit: siqdẽ igitur non est, neq; utiq; ex contrario generationem habebit: si autẽ est, quid erit aliud q̃ tenebra? tenebra autẽ priuatio est luminis, ut ait in aliis ostẽsum est, sed nõ cõtrarium: si autem aliquis ait concedat cõtrariam esse lumini tenebrã, & sic nihilominus si non & magis Aristo sermo redarguit: quando enim ait ab aere per diem illuminato & attrito ignis generat, non ut ex nõ illuminato, uidelicet generat, sed ut ex aere, nam & ex nocturno generat, ergo in generato lumen, non ex contrario genitum est. ¶ Hæc igit tãq; euersiua sermonis Aristo per multa uerba uiro hoc producente, pauca iã dictorum oportet me iterũ dicere, ex quibus (ut existimo) & hęc & dicenda ab ipso dissoluentur. sed ꝙ quidẽ ex non ꝓprie uocatis cõtrariis oẽm generationem eẽ uult Arist. sed ex his quæ ẽm spẽm maxime & priuationem opponunt, ex dictis in primo de naturali auditu, ad quæ & Aristo. remisit ꝑsentem sermonem, licet addiscere, me trãscribẽte aliqua ibi scriptorũ. Sumẽdum est itaq; primo ꝙ oium entiũ nullum neq; facere natũ est, neq; pati, quidq; à quoq;, neq; generat quodcũq; ex quocũq;, nisi aliquis accipiat ẽm accidẽs: quomõ. n. generabit album ex musico, nisi accidẽs sit albo aut nigro musicũ? sed albũ qdem generatur ex non albo, & hoc nõ ex omni, sed ex nigro aut intermediis: & musicũ ex nõ musico, uerũtamẽ non ex omni sed ex imusico, aut si quid ipsorũ est mediũ: neq; itaq; corrumpit in quodcũq; primũ, puta albũ non in musicum, excepto quãdoq; per accidẽs, sed in nõ album, & in nõ album, nõ in qdcũq;, sed in nigrũ uel in medium. Similiter autem, & musicum in nõ musicum, & hoc non in quodcunq;, sed in immusicum, uel si quid ipsorum est, in medium, similiter autem & in aliis, quoniam & non simplicia entium sed composita secundum eandem rationem se habẽt, sed propter non nominatas esse oppositas dispõnes latet hoc accidens: necesse est. n. omne cõpositum ex incõposito generari, & incõpositũ ex composito, & corrũpi compositũ in incõpositum, & hanc nõ in fortuitam, sed in oppositã, differt autem nihil in harmoniã dicere, aut ordinem aut cõpositionẽ. Manifestũ est. n. ꝙ eadem est rõ, at uero & domus & statua, & qdcũq; aliud, generat similr: domus. n. generatur, nõ ex cõpositis, sed ex diuisis, sic & statua & figura quæuis ex infiguratione: & unũquodq; horũ, hoc qdem est ordo, hoc aũt compositio q̃dam. Si igitur hoc est uerũ, omne utiq; fiet quod fit, & corrumpet qđ corrũpit, aut ex contrariis, aut in cõtraria, & horum media Media aũt ut contraria sunt: q̃re omnia erũt quæ natura generant aut contraria aut ex contrariis. Ac sufficiebant qdem (ut existimo) hoc ostendere ꝙ magis spẽm & priuationem q̃ ꝓprie uocata cõtraria principia generatorum & corruptorũ Aristo ponit, & exẽplorum plura ex illis afferens, multa autẽ & ex his quæ ꝯsequẽter idem hoc manifestant: sed modicũ qd appositum impudẽtissimum ut puto hoiem cõfundet: quot igit principia sint eorum q̃ generant, & q̃o, dictum est, palãq; est ꝙ oportet supponi aliqd contrariis, & cõtraria esse: mõ autẽ quodam alio nõ necessarium, sufficiens. n. est alterum cõtrariorum facere absentia sua & ꝑsentia trãsmutationẽ, palã est autẽ ꝙ absentia speciei, priuatio est, quã paulo post noie etiam dixit opponens ipsam spẽi: dicto. n. ꝙ unum principium est subiectũ subiungit, unum aũt ratio, hoc est spẽs, est autẽ cõtrarium huic priuatio: qđ igitur in oppõne ẽm spẽm & priuationem tãquã ubiq; existente omnes assignauit oppõnes aut cõtrarietates, & ex his manifestũ est, & ex aliis dictis in locis illis, q̃ longum esset transcribere. His autẽ sic se habentibus, primo qdem ignorans uir iste uidebitur penitus q̃ ab Aristo. dicũtur, qui & se ostẽdere putat ꝙ ẽm oppõnem ꝓprie cõtrariorũ solam generationem & corruptionem Aristo. perficiat, deinde oẽs instãtiæ ipsius quas ẽm talem suppõnem fecit: quãq; ut firmę factę, frustra factæ sunt, & demõstrationem Arist. nõ attingunt, testatur enim & iste, & si nequaquã sit dignus pro testimonio, ignorans de quo sit sermo: testat inquã quòd ex priuatiõe est generatio. ut & Aristo. uidet: nam ex aere genitus ignis, ẽm ꝙ coloratus est, non ex cõtrario generationẽ accepit, sed ex sola cõuenienti priuatione: quoniã autem non sufficit, huius hominis uilia ostẽdere, sed & ipsum dogma qualiter ex cõtrariis fiat generatio, oportet confirmare: & quæ sint hæc cõtraria, necnõ & instantias huius sigillatim soluere rememoratis his quæ ẽm appositionem, sic me cõuertam ad soluẽdum tãtum hoc est prædicendum ꝙ aliud est qđ est sub fieri generatiõis, & aliud qđ generat, ambo autẽ ab agente generãtur: adinuicẽ sunt faciensq;, & genitum, ut & agens genitum faciat & genitum omne quod generatur, ab agẽte generetur. Impossibile est. n. ut & Plato ait, sine causa generationẽ fieri, & à causa alia uidelicet ꝑter seipsum: qđ enim per se subsistit, totum simul esse oportet, subsistẽsq; & substitutum: qđ autem genitũ, totum simul nõ est: non. n. genitum fuisset: est. n. genitum quidem in qđ ꝯgentis operatio infigitur, hoc autẽ est quod subiicitur, uelut lapis qui subiectus est Mercurio, hoc autẽ quod generatur species quæ efficitur ex operatione & forma. Ac uide ꝗa qui sculpit à sculptore Mercurii lapis est, & iste est qui genitus est: hoc autem qđ generatur forma: oẽ aũt qđ ab agente generatur ẽm spẽm disponitur, ẽm quod agens operatur, uelut lapis ẽm spẽm quæ est in sculpto-

re Mercurii,& ligna fm eam quæ est in factore nauis,& sperma & mēstruum fm eam quæ in natu/
ra est spēm animalis:omne autē qđ fm aliquam dispōnem disponit,non habens ipsam prius, dispo
nitur fm ipsam,non.n.diceretur disponi,at uero & idoneū est ad dispōnem:absentiam ergo speciei
illius habet aptæ natæ in se fieri,absentia autem apti nati,priuatio est Priuationē ergo speciei habet,
quod debet generari,& necesse est priuationem abscedere,si debeat ad esse species:non.n.possibile est
simul existere absentiam & p̄sentiam spēi:& hoc qdem à substantiali generatione incipiēs ad oēm ꝓ/
cedit generationem:nā & in accidentibus uerū est dicere,qa quod dealbatur,prius nō existēs album:
sed habens absentiā albedinis,& idoneum existens ad ipsam,dealbatur à causa dealbāte.In contrariis
autem ꝓprie dictis,qđ est aptum natū ad oppōnem,si non habet alterū contrariorum,modis omni/
bus habet alterum,uel medium,quod enim dealbatur,habet & absentiam albedinis aut nigrum est/
aut aliquod mediorum,& ex ambobus commixtum,& ad utrūq; extremorum,habens rationem
oppositi:tale enim est fuscum/ad album/& nigrum,& tepidum/ad calidum/& frigidum. Simili/
ter autem & in oppositis fm ad aliquid:qđ enim dextrū fit,aut ex sinistro fit dextrū,hoc est prius si/
nistrum fuit,aut ex aliquo mediorum:& affirmatio si fiat,ex negatiōe fit, & negatio ex affirmatio/
ne,sunt enim hæc imediata:cōmunis autē est ubiq; fm speciē & priuationē oppositio:etenim qđ ex
nigro albū,& ex sinistro dextrū fit,ex non tali fit,& ex absentia apti nati:q̄re necesse omne qđ genera
tur abiiciens omnē priorē dispositionē,assumere illā speciem,fm quā dicitur generari:& hoc merito.
necesse enim remoueri non potētia coexistere cū specie q̄ aduenit: nō possunt autē coexistere cū spē
quæ aduenit: opposita fm unāquāq; oppositionū: semp autē ante aduentū speciei, fm quā dicitur
fieri qđ generatur, opposita illi inexistebāt, fienti:hoc est subiecto, præcipue uero omnibus priuatio
aduenientis speciei, siue subalis sit siue accidētalis. In speciebus autē q̄ sunt accidentia insunt cū pri/
uatiōe sunt opposita speciebus illis fm alias oppositiones. Si itaq; hæc uera dico syllogizarē utiq; ex
dictis sic: omne qđ generatur, ab agente generatur: qđ ab agente generatur, fm speciē disponit, fm
quā agens operatur: qđ fm aliquā speciem disponitur, absentiā illius prius habens, & aptitudinē ad
ipsam, hoc est priuationē ipsius habens prius sic fm ipsam disponit, habens priuationē speciei q̄ de/
bet generari aut ipsam solā ut in substantiis,aut alia opposita ad adueniētem speciē,ut in accidētibus:
abiiciens primo/aut priuationē/aut opposita,tāq̄ non potentia coexistere cū specie, q̄ dicitur generari,
tunc disponitur fm illā speciē, abiiciens opposita,& tunc fiens qđ dicitur generari,& oppositis in op/
positam speciē transmutatur.qđ ergo generatur omne ex opposito generatur qđ qdem generatur,
quod oportebat ostendere,ut geometræ dicunt, & generatio est ex oppositis,& corruptio in opposi/
ta.sæpe enim abscedente,fm opposita sibi trāsmutatur subiectū fm priuationem quidē in omnibus,
in quibusdā autē & fm alias oppositiones.Sed qūo Aristo.nō ex oppositis,sed ex cōtrariis dixit gene
rari qđ generatur? An quia cōtraria opposita omnia uocauit,ex eo q̄ non possunt simul existere ip/
sa insigniens,qđ quidē tanq̄ oppositis inest,ꝓpter qđ, quādoq; quidē cōtraria,quādoq; aūt opposita
uocat ea,ex q̄bus generatio fit.aut enim qđ subiicitur/ait/aut oppositū.dico autē subiici hominē: op/
poni autē imusicum:& sæpe etiā opposita,cōtraria uocat,& cōtraria opposita,ex eo q̄ non maneant
ipsa insigniēs.Dicitur igitur,quia qđ non oppositū est manet:homo enim manet,nō musicū autē,&
imusicum nō manent. In p̄dicamētis uero hoc ipm proponens.s.oppositorū differentias tradere ab
aliis determinauit cōtraria, fm speciem ambo opposita esse/sicut dextrū & sinistrū qa habent cōem
oppositorū rationē,ꝓpter nō coexistere,& rationē cōtrariorū ꝓpter ambo species esse. Aliā uero quā
dam differentiā his q̄ sunt ad aliquid,fm habitudinē assignauit,& speciē & priuationē iterū ꝓpria di
gnauit oppōne,differentibus ab aliis,fm nō esse ambo spēs,& affirmationē & negōnē,fm qđ unū in
terimens negatio, alia non ꝓhibentur induci. Ex dictis autē omnes repente instātiæ ipsius soluunt,
nihil tamē ꝓhibet & unāquāq; breuiter pertrāsire: si enim nō solū ex ꝓprie cōtrariis generatio: ut
ostensum est,sed & ex priuatione generatur spēs,& iste modus est cōis omniū q̄ generātur, nihil ꝓhi
bet & substantiā generari.Et Aristo.domum generari & animal dicens,& plantam,& substantiā ge/
nerari/ita/& non ex syllogismo hoc concludo ; sed audi ipsum plane dicentem , quod autem sub/
stantię,& quæcūq; alia simpliciter entia,ex subiecto aliquo generantur,consideranti utiq; fiet ma/
nifestum:semper enim est aliquid qđ subiicit,ex quo generat qđ generat,puta plātæ ex semine.aia/
lia ex spermate,& opposita uidelicet infiguratione uel inordinatione,aut informitate.& in alio loco,
At uero/ait/& domus & statua & quodcūq; aliud generat similr,domus enī generatur ex nō cōposi
ta esse,sed diuisa esse hęc,sic autē & statua, & figuratorū aliqđ, ex infiguratione & unūquodq; horū,
hæc qdem ordo,hæc autē cōpositio quædā sunt. Si autē & irrōnabiles animæ generant & corrūpan/
tur ut iste/ait/species sunt uidelicet inanimatorū corporū, quæ ex inanimatis fiunt animata, sicut ex
informibus formata,& iterū ex animatis inanimata,anima corrupta, siquidē corrūpitur,palāq; est q̄

ſpecies animæ, ſimilr̃ generãtur, nam omniũ taliũ cõmunis eſt ex priuatione generatio, & nullũ incõ
ueniens ſequit̃. Et ad tertiũ qd̃ à figura arguit, ſufficit ex infiguratiõe, quã ſępe nominauit Ariſtote/
les. quiuis enim ex alia generent̃ figura ut operando aduenientẽ, infiguratũ eſt ſuppoſitũ, aut magis
inangulatũ, ſi circulus exñs, in figurã angulatã trãſmutetur. uerũtamẽ quod in figura nouit Ariſto/
teles oppoſitionẽ, audi dicta in primo phy. de Democrito. Democritus ſolidũ & inane, quorũ hoc q/
dẽ ens, hoc autẽ ut nõ ens dicit, adhuc poſitiõe figura & ordie, hęc autẽ genera cõtrariorũ: poſitiõis,
ſurſum deorſum, ante retro, figurę angulatũ inãgulatũ, rectũ circulare. Oportebat igit̃ inqrere, ſi for
tè deſideriũ diſcendi habebat, qũo in p̃dicamentis dixit Ariſtoteles, non poſſe coexiſtere inuicẽ angu
latum & circulare in eodẽ ſubiecto, ſed & ſi ex dextro ſiniſtrũ fiat, hoc quidẽ ex cõtrario, q̃ enim ad
aliquid ambo ſunt ſpecies, & cõtraria ſunt, differentia ab aliis cõtrariis, eo qd̃ ad alterũ dicũtur, & ſm̃
hanc differentiã formata ſunt, uerũtamen qd̃ ex oppoſito, & huic & aliis ineſt, q̃ enim eſt ſm̃ ſpeciẽ
& priuationem oppoſitio, omnibus ineſt p̃dicamentis, & quæcũq; non habent ꝓprie ↄtraria. Quare
ipſius quarti & quintũ ſoluitur argumẽtum. Similiter autẽ ſoluetur & ſextũ, in quo manifeſte ſe ia/
ctat, etenim aer iſte cõpoſitus igne participãs, & ſuperficiẽ habens, modis oibus habet aliquẽ colorẽ;
ſicut & uitrũ, diaphanus autẽ maxime omniũ corporũ exiſtẽs, & traducens ultra uiſum, nec reſiſtens
ipſi inuiſibilis eſſe & incoloratus uidet̃. Deinde primis q̃litatibus ſm̃ quas ſubantur q̃tuor elemẽtat
non omnibus omnes, neq; ſm̃ omnem cõplexionem cõmixtis, aliæ q̃liates cõſtituũtur: caliditati dico
& frigiditati & humiditati & ſiccitati, nõ omnes alias q̃litates quę ſm̃ colorem, aut ſonum, aut saporẽ,
aut odorẽ, aut duriciem inſunt unicuiq; illarũ, aut q̃litercũq; cõmixtis adinuicẽ coexiſtunt, ſed cali/
ditate qdem & ſiccitate, ignem cõſtituentibus color effloret, ꝓpter qd̃ & ignei colores omnes ſunt. ca
liditati autẽ & humiditati, aerẽ ſpecificãtibus, ſonus ſupuenit, & in aliis ſimilr̃. Quãdo igitur ex aere
aqua uel ignis fit, principales quidẽ q̃litates, in cõtrarias ſibi transmutant̃. cõuenientes autẽ elemẽtis;
pura color, aut ſapor ex ſuis priuationibus oriũtur, quãuis eni ſine ſapore, & ſine colore ſm̃ ſe ſit aer;
tamẽ idoneus eſt tranſire in ignem & aquã, qbus colores & ſapores coapparent, ſic aũt & lumẽ & co/
lor exiſtens ignis, ut iſte/ait/ſiue ignis ſpecies, ut dicit Plato, ueritatis expoſitor, ex nõ luminoſo, & ob
hoc fieri cõceditur, qd̃ autẽ eſt luminoſum aliqd aliud eſt q̃ obtenebratũ: ſiquidẽ abſentia luminis, te
nebra eſt, ut etiã huic uidetur, &/ait/hoc eſſe oſtenſum, neſcio ubi, qa & quãdo ex illuminato p diem
aere & attrito accendit̃, ignis luminoſus ex obtenebrato uidelicet ſm̃ ſuam naturã aere factus, ſed nõ
à ſilice uel à petra, neq; ab omnino nõ ente, ut iſte putat eſt fieri trãſmutationẽ, transmutatio enim
tranſitus eſt qdam ab alio in aliud Quãdo autẽ per putrefactionẽ aeris/ait/fiunt animalia uarios co/
lores habentia, & ſaporũ differentias, & q̃rit, ex qbus ↄtrariis facta ſint hæc, cum aer non habeat, qua
pœna dignus eſſet, cũ neq; hæc cõſpicere potuerit ꝙ aer ſimplex & purus, neq; putreſcere poteſt per
ſe, neq; talia animalia ſolus ꝓducere, ſed quãdo exhalatiõibus q̃ circa terrã ſunt, fuerit admixtũ tunc
ex his & putredo in illo loco cõſiſtit, & taliũ animaliũ generatio. Hæc qdem igitur ſufficiãt ad ſolu/
tionem inſtantiarũ ipſius. Fortè autẽ neq; opus erat meorũ ſermonũ, cũ planè ipſe in ſuis uerbis cõfi/
teatur ꝙ Ariſtotelis ſermo q dicit, quæ generantur ex cõtrariis generari, in ſpecie & priuatione gene
raliſſima oppoſitiõe uerus eſt, nõ autẽ ſemper in reliquis ↄtrariis, poſt hæc autẽ maligne Themiſtiũ
aduerſus Ariſtotelẽ induxit. Nã & ipſe Themiſtius/ait/ubi in ea quæ ſm̃ ſpeciẽ & priuationẽ eſt op
poſita ↄtrariorũ appellationẽ ſumpſit ꝙ nõ ſit Ariſtotelis ſuppoſitio latenter nos docuit. Sed Themi
ſtius ſciens dicta in naturali auditu, ad q̃ & hunc ſermonẽ remiſit Ariſto. merito dixit, ꝙ uniuerſalr̃
accipit Ariſtoteles ꝙ ex ↄtrario & in ↄtrarium, generaliſſimã accipiens ↄtrariationẽ ſpeciei & priuatio
nis, ſed iſte putauit ſe ſcribere diuerſantibus in triuiis, ꝓpter qd̃ neq; lectitans (ut exiſtimo) aut ſi lege
rat, non intelligens dicta in phyſicis de generatione ad nomẽ ↄtrariorum nugas tãtas euomuit putãs
multitudinem ſufficere auditoribus ſuis ad ſtupefactionẽ. ſed quoniã glorioſe, nõ affectu doctrinæ
cõcedatur/ait/Ariſto. hic uocare ↄtraria ſpeciẽ & priuationẽ, & omne qd̃ fit ex ꝓpria priuatione gene
rari, ſicut & quod corrũpitur ex ſpecie redire in priuationẽ, & hæc cũ dixiſſet, ex his putat oſtendere
ꝙ & cœlũ generabile & corruptibile, ſm̃ Ariſtotelẽ uidebitur, uideamus ipſius mirabiles obiectiões,
& ex qbus euidentibus axiomatibus cõcludit q̃ intendit. omni/ait/ſpeciei naturali in ſubiecto & ma/
teria eſſe habenti, eſt ſemper oppoſita priuatio, ex qua genita eſt, & in quã corrupta reſoluit̃. & cœlũ
ergo & totus mũdus naturali ſpecie ſpecificatus eſt, q̃re habebunt & hæc priuationẽ ex qua genita
ſunt, & in quã corrũpentur. ſicut enim homo ex non homine generatur, & domus ex non domo, &
ut ſimplr̃ dicatur naturaliũ & artificialiũ ſpecierũ unaquæq; ex nõ tali accipit generationẽ, & cœlum
ergo naturalis ſpeciei exiſtẽs, ex nõ cœlo genitũ eſt, & mundus ex nõ mũdo. Iſta autẽ nõ eſſe qdem for
te dicit ſuppoſitũ aliquod ante mũdi generationẽ, & materiã quęrit in qua cœli & mũdi priuatio ex/
titit, ex qua tranſmutata generatũ eſt cœlũ & mundus, nõ tamẽ & ſine principio ingenitũ eſſe cœlum

coget, qđ quidē Phs ꝓposuit ostendere, magis igitur ɔtrarium genitūq; & ipsius esse principiū habēs. hæc cum ipsis uerbis iste dicat, dignū est interrogare ipm, quoniā tanq̄ Aristoteli sic uideat, dicit, ubi Aristotelē ostendit dicentē, ꝙ omni naturali speciei, semper est opposita priuatio, ex qua generatur & in quā corrūpitur? Qđ enim naturale corpus dicat cœlū, & naturali motu motū. s. circulari, palā; est, omnia eni/ait/naturalia corpora & magnitudines, fm se dicimus esse mobilia fm locū. Naturā. n. dicimus esse principiū motus in ipsis, omnis aūt motus quicūq; fm locū quem uocamus lationē, aut rectus est, aut circularis, aut ex his mixtus. Et nō est mihi opus huius fidē ꝓlongare, cū iste etiā confiteatur, qđ tamen & naturale existens nō uult ipm habere priuationē oppositā, ex qua generet: audi ipm dicētem, ꝙ natura ipm exemit à cōtrariis. Recte eni/ait/uidet natura, qđ debebat fore ingenitū, exemisse à cōtrariis, inter cōtraria. n. generatio est & corruptio. qđ autem & Aristo. positionibus putat ɔsequi ꝙ genitū & corruptibile, manifestat dicendo, ꝙ ista rō, esse qdem ante generationem mundi, subiectum aliqđ, & materiā exigit, nō tamen sine principio & ingenitū esse cœlū coget, imo contrarium magis genitū & corruptibile. ergo ne sic superficialis erat Aristo. ut priuationem opponi cœlo putans, perpetuū ipm totaliter ostēdere conaretur, & demōstrare ex hoc ꝙ non habet cōtrarium? & quid dico ista, quādo cū circularem motum ipse ostēderit esse æternū: iste tamē putat ipm supponere circularis motus priuationem? si aūt aliquis audiat ipm, nō tāquā dicentē cōtra Arist. sed ipm ꝓferentem syllm talem, cœlū est naturale, qđ naturale est habet oppositā priuationē, scias illum qui hęc dicit, cogi ostendere, ꝙ omnis spēs naturalis in subiecta materia existens, semp habet priuationē oppositam: quod enim generatur & corrūpitur palā est ꝙ habet: unde autē: qa omne naturale tale est? Nōne & Aristo. in primo de naturali auditu, spēm & priuationē principia dixit: nō tamē oīum naturalium, sed generationem habentiū, scribens ita, pricipia rerum naturaliū circa generationem, & per totum librum, generatorum & corruptorū & uniuersalr trāsmutantium hæc principia ponit: in secūdo autem libro eiusdem negocii, & nobis/ait/primas causas ingrendum, & de generatione & corruptione, & de omni naturali trāsmutatione, quatenus scientes ipsorū principia reducere tētemus generatorum unūquodq;: sed uide aut astutiam aut ignorātiam sermonis, in talibus. n. dubito, utrū ignorantiam uel astutiā accusem, an fortè ambo magis. Duas igitur ꝓducens, ꝓpōnes. s. quæ dicit, ꝙ naturali specie specificatū priuationem oppositā habet: hanc. n. mēdaciter acceptā pertrāsiuit, & quæ dicit ꝙ naturalis & materialis spēs est cœlum: quæ etsi nō sit ualde dubitata: multis tamen conat ꝓbare ob eximiam ipsius sapientiā dubia faciens cōfessa: nihil autem fortè ꝓhibet, & quæ in his dicūtur ab ipso cōsiderare. Oīuo ridiculum/ait/dicere, cœlum imateriale, neq;. n. intellectuale est, sed sensibile. Palām est autem ꝙ qui dicūt cœlum esse imateriale, nō tāquā intellectuale existat, dicunt ipm imateriale, sed tāquā supereminēs ab hac materia quæ in generatione & corruptione uersat suscipiēte spēs & abiiciente. Dicit. n. Aristo. in. 7. metaphysi. hæc/circa naturales igit substantias & generabiles. necesse est sic ꝓcedere, siqs ꝓcedit recte: etenim causæ qa hæc & tot, & oportet causas cognoscere. In naturalibus uero & sempiternis substātiis, altera rō, fortè. n. q̄dam nō habent materiā/aut non talem, sed solum mobilem, qm̄ enim ubiq; materiā à transmutatione cōsiderauit, in cœlo aūt nouit solū trāsmutationem fm locū, merito ipsi & materiā solam talē dimisit: uidet autem iste materiam corpus putare: qđ scđm subiectū uocant Peripatetici, & multos expendit sermones, studens ostendere ꝙ cœlū habet corpus, & ꝓpter hoc etiā materiā. ¶ Et qdem quis utiq; dubitabit cœlū habere corpus? nō tamē si corpus est ipsius materia, necesse est ipm etiā priuationem oppositā habere, ut iste putat, & genitū esse & corruptibile, illi. n. materiæ adest priuatio, quæ subiicit generabilibus & corruptibilibus. superfluū ē igitur fortè ad hos ipsius sermones cōtradicere, nisi quia uidet putare quoniā terquaq; dimēsionata sunt & cœlestia, & sublunaria corpora, nihil differre abinuicē, ualde abutens cōmunitatibus nominum: quis. n. dicet corpus cœleste esse eiusdē naturæ cū his quæ sunt hic? qualiter aūt hæc scribens? quid igit mirū, sicut à spēbus eorum quæ sub luna, unā & eādem subiici materiā conceditur habētem se idonee ad oēs species, ut trāsmutatio oīum in seinuicē ostendit, sic & cœlestiū spēs eādem materiā natam esse suscipere rursus cogitauit qđ si eadē materia cœlestiū, & eorū quæ sub luna est, & earūdē est spērum susceptiua, & oportebat semp trāsmutare in inuicem Et qdem q̄uis hæc oia audacter ꝓferat & incōsiderate, tamē nō puto, hoc dicere ipm ꝙ cœlestia & quæ sub luna sunt in seinuicē trāsmutentur. si aūt dicat, quę sursum sunt, esse deorsum p imaginationem, merito utiq; putabit esse ebrius à sobriis. nā iam sæpe oportebat ipsa fuisse trāsmutata in seinuicem, si materia eadē existens silr se haberet utrobiq; ad nō retinendū ingenitas in ipsa species ad modicū. Putare aūt, terquaq; dimensionabilitatem in cœlestibus nihil differre, ab ea quæ est apud nos, qa terquaq; dimēsionatum est utrūq;, quantæ est grossitiei rōnis: sic. n. & substātia à substātia fm ꝙ substantia, neq; lumen solare ab eo qđ hic, fm quod lumē. Sed obliuiosus ut uidetur & tardus sum, oblitus ꝙ nudo capite prius dixit iste;

est scd'm generationẽ & corruptionẽ trásmutatio:& magis cõtraria erunt corpora quę fm alterationem mouent,& generationẽ,q̃ quæ fm locum. Nam fm locũ tránsmutatio, secũdum accñs aliquod est solũ. Non in aliis aũt solum/ait/spẽbus motus uidemus eadem fm numerũ corpora cõtrariis motibus naturałr mota,sed & in ipso qui secũdum locũ, aer enim non solum habet principiũ motus ad sursum,sed & ad deorsum. si enim subtrahat aliquid suppositæ sibi terræ uel aquæ,mox regionẽ illam replet,sicut ablato aliquo suppositorũ ad sursum fertur. si autem uiolentiá uacui/ait/aliquis pro causa ponat,eius qui ad sursum motus, & non naturale principiũ, quid prohibet & in latione ipsius ad deorsum eádem dicere esse cám? nam supra uacua existẽte regione sursum fert,aliter autẽ non,& forsitá/ait/nõ cõtingens est solũ,sed & necessariũ,sicut in aliis cõtrariis motibus,sic & in his qui scdm locum & genus unũ ipsorum lationẽ esse,& subiectũ unũ aerem,quia/ait/cõtrarios motus habẽtibus non sequit contraria esse fm substantiá,neq; enim idem sibi cõtrariũ. Hęc igitur siqdem dubitás iste & quærens proponebat, qualiter sapientis uiri sermones dissonare putati, consonabunt, quiq; in prædicamentis dicũt substátiæ nihil esse cõtrarium, & uná & eandẽ numero substantiá contrariorũ esse suceptiuá,& quod hic dicitur cõtrariorũ motus esse cõtrarios,studiosus utiq; putaretur. si enim que cõtrarios motus habent,ut Alexáder dixit,neq; eni Aristo. cõtrarius est, substátia ipsa sibi uidebuntur cõtraria esse,& nõ solum habebit aliquid cõtrarium suba,sed ipsa seipsam: sin autẽ non inquirens sed asserens ista uidebitur dicere,necesse est ergo aut in ꝑdicamẽtis ostẽsa,tãq̃ falsa rescripta esse, aut quæ hic. Si igitur illa sunt uera & naturæ rerũ consona,falsum est cõtraria esse fm substantiá corpora, quæ cõtrariis motibus mouent, non amplius cupidus discendi,sed tardus ad discendũ (ut existimo) iuste iudicabit. Qui enim à puero in rõnibus exercitati sunt quãdo audiunt aliqd apparens dissonum,& maxime à uiris talibus,sine turbatione inquirũt,si aliquo modo possunt talia cõsonare, quẽadmodũ multa iam quæ uidebant discordare,cõsona inuenerũt: qui aũt tarde uenerũt ad dicendum,ueluti ad pauca respicientes, ab apparenti discordia stupefacti, ad alterũ sicut fuerint inclinati, sententiát contra reliquũ,quod & iste etiá hic uidetur mihi passus fuisse. ¶ Dicendũ est igitur cõtrariorum fm naturá & motus esse cõtrarios. quis utiq; dubitabit intellectum habens, si uere natura ẽ pricipiũ motus & quietis? simile est eni ac si qs dubitat aduersum dicentẽ bonorũ fm naturá bonas esse operationes. Oportet autẽ iam inquirerẽ,q̃liter & illud est uerũ,substantiá uná & eandem numero ɔtrariis motibus supponi,dealbationi & denigratiõi/calefactioni & infrigidationi/augmentationi & diminutioni/& assensui descẽsum,ut in aere. Qualiter eni non erit ipsa sibi cõtraria substátia,q̃ cõtrariis motibus mouetur? siquidẽ subam neq; ad aliam subam, cõtrarietatem habere dicimus. Sed oportet primo attendere q̃ & ipsa quæ in ꝑdicamentis dicunt, quæ quidẽ iste uera,& naturę rerum ɔsona/ait. s. non esse subæ contrariũ,& eandem & unam numero substantiá existentẽ, natam esse ferri ad ɔtraria & trásmutari,& hæc adinuicem dissona,& ɔtraria superficialibus uidrnt, ꝑpter easdem instantias. si enim eadẽ numero substátia ɔtrariæ disponitur,dealbata & denigrata,q̃ autẽ ɔtrariæ disponuntur,ɔtraria inuicem sunt,qũo non ipsa etiá ad seipsam ɔtraria erit? ¶ Sed ad huius solutionẽ attẽdere oportet q̃ naturaliũ motuum, hi quidẽ sunt actiui,hi autẽ passiui. actiui qdem fm quos agere dicuntur naturalia corpora calefacientia & infrigidátia/dealbátia & denigrátia/augmẽtantia & diminuentia. Passiui autẽ fm quos ab agentibus hæc naturałr patiuntur: naturałr autẽ patiuntur patiẽtia calefacta infrigidata,& fm alias passiones,motus aũt fm locũ actiuus solum est, ꝑpter quod neq; mouet aliquid fm locũ naturałr ab alio,sicut calefit aut denigrat,sed ab ipsa sola natura. His autẽ sic se habẽtibus,quádo dicit Arist. in his,q̃ cõtrariorum sunt cõtrariæ latiões: de actiuis dicit motibus. Principium. n. motus in his est natura,táquá mouẽs,sed non táquá mota,& táquá agentibus , sed nõ patientibus ꝑpter qđ & ignis & aqua cõtraria dicũtur,táquá cõtrarios motus,hoc aũt est dicere,tãq̃ contrarias operationes agẽtia,hoc qdem calefaciens & exsiccans,hoc autem infrigidás & humectás, & hoc quidem tẽdens sursum,hoc autem deorsum: etenim hi ut dixi operatiões sunt. Quádo autẽ dicit Aristo. subam eandem & uná numero existẽtem cõtrariorum esse susceptiuá,passiua cõtraria accepit. patitur. n. qđ suscipit sicut agit qđ dat. eadem igitur substátia subiecta dealbatur, & denigratur fm se: nam agens fm suipsius subam iam perfectá agens,non põt contrarias agere operatiões,à substantia ꝑcedentes,& maxime naturale aliqd & simplex existẽs,patiens aũt fm imperfectũ suũ & potentia patiens qđ aptum natũ est ad ambo opposita: merito uicissim cõtraria dicit pati: & tamẽ hoc nullum est incõueniens,idem sibi cõtrarium esse,sed non fm idem,sed fm quod uicissim contrarias habet dispõnes,sicut corpus,qđ quádoq; quidem calefit,quádoq; autẽ infrigidatur,aut substátialiter quando aliquádo ignis fit,aliquádo autem aqua,uel fm accidens. ignis aũt non potest quandoq; quidem calefacere,quádoq; autem infrigidare,sed neq; quandoq; quidem sursum naturaliter ire,quandoq; autem deorsum: à non frustra ergo Aristo. motibus fm locum,& non ab aliis naturalibus sub-

ſtantiarum differẽtias inueſtigat,qa hi ſolum actiui ſunt ſm eam quæ in ipſo eſt naturam,agente eo qđ mouetur ſm naturam ſm locum.Alii aũt motus &actiui exiſtentes & paſſiui,& ſm naturã ambo,quãdo ut paſſiui accipiũtur:ipſam ſibiipſi cõtrariam ſubiectã ſubſtãtiã uideri faciunt,motus autem ſm locum actiuus eſt,ut dixi,ꝑpter qđ nihil naturaliter ſm locum ab alio mouetᷣ,calefit aũt & infrigidatᷣ,dealbatᷣ,& denigratᷣ,& generatᷣ,& corrũpitᷣ,augetᷣ,& diminuitᷣ ab alio, naturaliter enim agunt hæc in inuicem,corpora & patiũtur abinuicem.Quoniam autem aerem & cõtrarietatem motuum ſm locum iſte habere/ait/mirabile eſt qualiter nõ intellexit,ſi quæ ipſe dixit qđ in quarto huius negocii,Ariſto.dicere ſimplr̃ qdem graue eẽ qđ omnibus ſubſidet,uelut terrã,ſimpliciter autem leue/puta ignẽ,qđ oĩbus ſuperfertur:media autẽ horum,aquã dico & aerem,his qdem ſupernatãtia, his autem ſubſidẽtia,grauia eſſe & leuia,& ſępe Ariſto.dixit,ꝙ neq; ſimplicia hæc ꝓprie ſunt: q̃re qđ mirum ſi ſm ꝑdominans ſemper in ipſo aer mouetur,quãdoq; quidem ſurſum,quãdoq; autẽ deorſum,nõ ambas ſm idem habẽs has ꝯtrarias actiuas uirtutes,ſed ſm ſuipſius diuerſam alterationem ipſas exercens.Ingroſſatus.n.deorſum repit,ſubtiliatus autem ſurſum,quãdo uero euacuato aliquo inferiori loco aer in ipſum detrahitᷣ ꝑpter euacuationẽ,tunc hoc accidit,uniuerſo ſemper circũſtringente ſeipm̃,& non ſinentem uacuãm eſſe regionẽ,ſed ſubtiliora & facilius mobilia cõpellente in regiones euacuatas,quoniã ſm ſui naturam leuior magis exiſtẽs aer,ſurſum natus eſt ferri,& ſi nõ cedat aliquid ſuperiorũ aſcendenti aeri,inſpiſſationẽ neceſſe eſt fieri aliquorũ corporum, uel antiperiſtaſim,ut aer factũ ab aqua,ſuſcipiat locus.Nõ bene igitur/ait/iſte ſimilr̃ ſurſum & deorſum tranſire aerem,ut ſi deorſum ꝑpter non fieri uacuum,& ſurſum eat ꝑpter hoc,manifeſtat.n.hoc qui ab aq̃ fit aer,quãuis enim humidior exiſtat,tamẽ ſurſum currit,& inſpiſſari cogit ſuppoſita. Quare ex dictis palã,ꝙ cõtrariis motibus ſubiectũ paſſiue,quãuis ipſum ſibiipſi cõtrariũ fiat,nullũ inconueniens fiat,actiuum aũt neq; agit cõtrarios motus,neq; ipm̃ ſibiipſi cõtrariũ fiet,ſed neq; uſitatum eſt q̃ quidem ſm locum naturaliter mouentᷣ cõtrariis motibus dicere contraria,quæ aũt ſm alterationẽ, uel augmẽtationem,& diminutionem nõ adhuc,ſi ſm locũ motus naturales,actiui ſolũ ſunt,& nõ poſſibile eſt eãdem ſubãm ſm naturam cõtrarias operationes agere,per eſſe natura operãte,paſſiui autem motus circa idem ſubiectũ contrarii conſiſtunt,& nõ oportebat indeterminate & cõfuſe ſic cõtrarios motus conſiderare,& quæ in paſſiuis accidunt,actiuis attribuere.¶Quoniam autem iſte prolixus eſt putans ſecundum naturam ſurſum & deorſum ſimiliter moueri,interrogandum eſt ipſum ſic; nunquid dicat ambo habere ipſum & grauitatem & leuitatem, ſicut Ariſto.ait/non ad idem, ſed ut quidem ad aquam leuitatẽ,ut aũt ad ignem grauitatẽ,aut & ſm ſe ambo,& ſi hoc,utrũ ſm aliud quidẽ aliquid in ipſo groſſius/grauitatẽ habere dicitᷣ,ſm aliud aũt aliquid ſubtilius leuitatẽ, aut ſm omnem ꝑtem ambo.Ac palàm eſt ꝙ hoc eſt impoſe.Immobilis enim erit penitus utraq; uirtute ad ſeipſam,ſecũdum hũc trahente.Si autem ſm aliud qdem aliqd partiũ ſuarũ leuis eſt, ſcđm aliam aũt grauis,ſicut & nos ſumus ſm ignẽ qui in nobis eſt leues,ſm terram aũt,graues:compoſitus erit aer; & uerũ erit in ipſo dicere ſicut & in nobis:ꝙ contrariarũ ſm naturã in ipſo ſubãrum & motus cõtrarii ſm naturã,& ſi ipm̃ ſibi contrariũ uelis dicere,tanq̃ ex cõtrariis ꝑtibus cõpoſitum,nullũ ſequitur incõueniens.ſi autẽ ad aliud quidem leuẽ,ad aliud autem grauẽ,aerẽ eſſe dicit, ſic ambos motus habere,palã ꝙ ſm ambos ad eundem locũ mouebitur,qui ſupponitᷣ quidẽ igni, ſupnatat aũt aquæ:& rurſum unus ſm naturã motus eſt unus,& neq; motus cõtrarii ſunt ſm exiſtentiã, ſed ſm habitudinem ſolum,neq; qđ mouetᷣ ipſum ſibi eſt contrariũ.totalr̃ autẽ Ariſt.cõtrariorum/ait/ & lationes cõtrariæ,ut & ècõuerſo,uerificetᷣ cõuerſio q̃ dicit,cuius lationi non eſt cõtraria latio, neq; ipſi aliqd eſt cõtrarium.Ac ſi oſtẽditur circulari motui nõ eſſe cõtrariũ motũ,habebit demonſtratũ,ꝙ circulr̃ mobili corpori,nõ eſt aliqd contrariũ,qđ quidẽ,ut iſte/ait/& ſiue demõſtratione cõcedens.tamẽ tãtis ſermonibus oſtendit.Ariſt.qdem ita,Grãmaticus aũt uſitatũ/ait/qđ cõtrariis ſm locum motibus mouẽtur corpora,contraria eſſe,dicere,q̃ autem ſm alterationẽ uel augmentationẽ cõtrariis motibus mouentur,nõ adhuc eſſe dicere cõtraria,putans ut uidetur,ꝙ ſi contrariorũ,& lationes ſunt cõtrarię,& quorũ lationes cõtrariæ ipſa quoq; eẽ cõtraria.& quidẽ ſi non adęquãtur,non eſt uerũ, poſitione cõſequentis/poni antecedẽs.neq; ſequitᷣ ad dictũ ab Ariſto.ſ.quæ mouẽtur cõtrariis motibus ſm alterationem,uel ſm locum,ut ipſe/ait/ipſa ſibi cõtraria eſſe,niſi ꝑoſtenſa adęquatione. Si aũt hæc inuicem adęquãtur,& cõtrariorũ,& lationes cõtrariæ:& quorũ lationes cõtrariæ & hęc ꝯtraria:palã ꝙ nõ erit incõueniens,qđ ſequitᷣ:ſed res quidẽ qualis ſe habet,prius,ut puto,declaraui.Nunc aũt hæc ꝓpoſui ad manifeſtandũ ꝙ iſte neſciens rõnes cõſequẽtiæ,ſeipm̃ ſeducit,tanq̃ aliqd dicentẽ, & ſine intellectu legentes:oblitus aũt,ut uidetᷣ,ꝙ de naturalibus & ſimplicibus motibus ſermo eſt, & aĩa/ait/q̃ mouetᷣ, ad uirtutem & malitiã,aut potens moueri,& ad falſam cognitionẽ,& ad uerã: ipſa ſibi ſm idem nũc, cõtraria erit.& qdem hoc oportuiſſet intelligentẽ dubitaſſe,qũo anima ſm uirtutem agit,& ſm ma-

litiam

litiam, ignis aũt nunq̃ agit ẽm infrigidationẽ. & postq̃ dubitasset rñdere, ꝙ naturalia quidẽ & simplicia per esse agũt, ꝓpter has easdẽ operationes quádiu utiꝗ fuerint operátur uniformes existẽtes. aía autem uiuificat, quidẽ per esse, ꝓpter qđ & semper hác habet in prõptu operationem, ẽm uirtutem autem uel malitiã, aut falsitatem uel ueritatẽ operaẽ, non per esse, sed per ꝓhabitas alias aliter opiniones & electiones. ⁋ Sed ad sequẽtia ꝓcedamus, si quid fortè illis prioribus magis cõsequẽs loquetur. scribit igiẽ hæc. Rursum enim necesse est me plura uerborum huius transcribere, ne incredulus calũniator appaream. Hęc igiẽ si ẽm substãtiam cõtraria dicenẽ corpora, q̃ motibus cõtrariis moueuẽ: si autem non ẽm subãm cõtraria esse hęc dicat quis, quia uniuersalr substãtiæ nihil est cõtrarium, sed ꝙ q̃litatibus oĩbus contrariis participãt, q̃ contrarie mouenẽ, sicut se habet in igne & terra, hic enim calidus, hæc autem frigida existit, & hic quidem leuis, hæc autem grauis: adhuc cõsequẽter secundũ eam quæ cum oppositione fit conuersionem, quòd quæ non participant qualitatibus cõtrariis, neꝗ motibus contrariis moueri, neꝗ esse prorsus horũ motui contrariũ motũ. non tamen si alicuius corporis motui nõ fit cõtrarius motus. hoc neꝗ qualitates contrarias participare est uerum: non enim sana est ex antecedente cõuersio. Si autẽ dicat aliqs adęq̃ri hæc, ut quorũ motui cõtrarius est motus, hæc & q̃litatibus cõtrariis participare, & quæcũꝗ q̃litatibus cõtrariis participãt horũ semper & motui esse motũ cõtrarium. iste positionẽ non demõstrationẽ exigens sibi cõcedi, tamẽ ab ipsis rebus arguitur, elementorũ enim totalitates planè q̃litatibus cõtrariis participant, etenim hypeccaumatis & aeris motui circulari nõ est motus cõtrarius, ẽm ꝙ & ipsi Aristo. uidetur circulari motui nõ esse cõtrarium motum. Primo in his noto hoc, qđ putat, ꝙ quę q̃litatibus ꝯtrariis ẽm substantiã participãt, sicut se habet ignis & terra, nõ sint ẽm substãtiam contraria, si enim non ẽm hoc est substantialis ꝯtrarietas, relinquiẽ ẽm materiã ipsam esse, quod quidẽ neꝗ iste (ut existimo) diceret, & tamẽ Aristo. sic dicere existimat. qđ autẽ sequitur omni stoliditate & incõsideratione (ut existimo) repletũ est. nam Aristo. dicente, cõtrariorũ, & lationes contrarias esse, iste ꝯuertens, q̃ cõtrarie mouentur, cõtraria esse supponit, tanq̃ q̃litatibus coutrariis participantia: & siquidẽ tãq̃ non adęquatis terminis ꝯuertit ꝓpositionem, ipse nobis dicat, quæ nos oporteat existimare ipm̃ scire, qui neꝗ hoc nouit, ꝙ in nõ adęquatis, non possibile est ꝯuertere, nõ enim indifferens est, sic aut illo modo ꝓferre. Si autẽ putás adęquari sic ꝓduxit, quomodo dicit ipse non adęquari, & ꝓpter hoc nõ posse ex antecedente ꝯuertentem dicere, si alicuius corporis motui nõ sit ꝯtrarius motus, neꝗ qualitate ꝯtraria pticipare? uide igitur qualiter qui dicit putantẽ adęquare, positionem non demõstrationẽ exigere, sibi cõcedi, tanq̃ adęquatòs accipiens terminos ab Aristo. positos conuertitur: qđ enim ꝯuertitur manifestat dicendo, q̃ cõtrarie mouentur qualitatibus cõtrariis participant, & ẽm eam quæ cũ oppositione sit conuersionẽ ipsius, quæ non participant qualitatibus cõtrariis, neꝗ motibus cõtrariis moueri, tanq̃ antecedentibus quidem motibus, ꝯñibus aut cõtrariis. ab his enim & cõuersionem inchoauit, non intelligens, ut prius dixi, ꝙ Aristo. ex non esse circulari motui motũ contrariũ uult ostendere, ꝙ neꝗ circulariter moto ẽ aliquid contrariũ. Iste autẽ conuertẽs terminos, ꝯclusit circulari motui, nõ esse motũ contrariũ, quod quidem per ꝓpriam demonstrationẽ ostendit, ex illo concludere uolens, substantiæ cœli nõ esse aliquid contrariũ: hoc enim requirebatur ad ingenerabilitatẽ. iste autẽ perseuerat, ꝯtendẽs à rebus ostẽdere, ut dicit, ꝙ neꝗ adęquãtur, neꝗ est possibile cõuertere terminos. & tamẽ hæc stolidius mox conuertit, aeř enim ait, & hypeccauma cõtrarias habentia q̃litates ambo circularem habent motũ. si igiẽ circularis nõ est contrarius circulari, q̃litates contrarias habentia, motus cõtrarios non habent. in his igitur primo quidẽ illas qualitates q̃bus ẽm locum motus consequiẽ, nõ habent contrarias ignis & aer. ambo enim calida & ambo leuia, quãuis hic q̃dem magis ꝓpter siccitatẽ, hic autẽ minus ꝓpter humiditatem. deinde circularis motus qđ non sit principiũ naturæ ignis & aeris sed eminẽtiori modo ipso participant idoneæ ad participationẽ se habens, ostẽsum est prius (ut existimo) mediocriter, ex simul moueri cũ firmamẽto, ut manifestãt qui in ipsis cõsistunt cometę, & alia phãtasmata cooriẽtia, & coocćũbentia cum stellis fixis, & non hęc sola, cum firmamẽto simul mouenẽ, sed & planetę, sed planetæ quidẽ & ꝓprium habẽt motũ: quæ autẽ sub luna sphæræ totalitatibus, ẽm meliorẽ participationem mouentur. Hæc igitur sufficienter dicta sint. nisi fortè aliquis & superfluã locutionẽ impingat & despiciat ũsitatẽ uerborũ huius. Cognoscat autẽ & me non uerborũ huius gratia occupationem hanc tolerare, sed gratia eorũ qui seducũtur à multitudine uerborũ ipsius, & gratia ipsius cõtradictionis aduersus Arist. nam nõ ignoro, ꝙ à posteris non uerba illius solũ, sed & hęc superflua, & studio indigna reputabunẽ. uerũtñ necesse, & reliquũ Charybdis remẽsurare. ⁋ In his itaꝗ præexpositis sæpe se reuoluens ꝙ subæ nihil est contrariũ, & putans Aristo. ad seipsum esse discordẽ, dicentem quidẽ in ꝓdicamentis hoc planẽ, hic autẽ dicentẽ, contrariorũ ẽm substantiã, & lationes esse contrarias; uidetur mihi penitus ignorare q̃liter dictũ est, substantię nihil est contrariũ. Argumẽtor aũt

ex diuisione ſm quã fecit inſtãtiam,quã in primis ꝓpoſitæ ab ipſo inſtantiæ uerbis,qualr intelligit,
planè reuelauit,ſcribens.igitur ſm ſubam contraria dicunť corpora,quę motibus cõtrariis mouenť,
ſi autẽ non ſm ſubſtãtiam cõtraria dicet quis,qa uniuerſalr ſubſtãtię nihil eſt cõtrariũ,ſed qualitati/
bus ↄtrariis ſemper participare,quæ cõtrarie mouenť,ut in igne ſe habet & terra,hic enĩ eſt calidus,
hæc autẽ frigida exiſtit,& hic qdem leuis,hæc autẽ grauis.Si igiť non hæc putat,& talia q̃ ſm ſubſtã
tiam cõtraria,quoniã compoſita ſuba,cui maxime putat nihil eſſe cõtrariũ,ex materia eſt,& ſubſtan
tialibus qualitatibus in qua & uerificari putat,ſubſtãniæ nihil eſſe contrariũ.qd igitur de compoſita
hoc dictũ eſſe in p̃dicamentis p̃ter,planè ſcripſit in ſcdo capi.quinti libri dicẽs.ſi igitur ipſas corpo/
rum ſubſtãtias cõtrarias eẽ dicit,quæcũq; motibus contrariis mouentur,ipſe ſibiipſi cõtraria dicens
Ariſto.cõuinceť ipſe.n.in prædicamentis nos docuit,ꝙ nihil eſt cõtrarium ſubſtãtiæ,& maxime cõ/
poſitæ ex materia & forma.q̃le igitur eſt naturale corpus cõpoſitũ ex materia & forma,qd nõ oppo/
ſitis qualitatibus ſpecificať?quãuis.n.aliquis accipiat ipm quod eſt terquaq; dimẽſionatũ,ſm Gram
maticum hũc,materia hoc eſt,& oppoſitis q̃litatibus ſpecificatũ ſit naturale corpus,& ſubſtãtia com
poſita,& non eſt alia p̃ter hanc,quæ cõtrariis q̃litatibus ſpecificať.ſi aũt & materia corpus nõ eſt,ſed
cõpoſitum ex materia & forma,& ipſius forma oppoſitas habet differẽtias,eſt,n.& corporis materia:
ait enim Ariſto.& parui & magni eadẽ:quæ igiť eſt ſuba compoſita ex materia & forma,p̃ter eam q̃
oppoſitis qualitatibus ſpecificať.ſ.calido & frigido,leui & graui,in qua uerificari putet ſubſtantiæ ni
hil eſſe cõtrariũ?in hac enim uideť cõtendere nõ uerificari:nã aliter conatur euadere ſermonem figu
ras ↄuerſionis accuſans,quã & ipſam ignorãs apparuit.ſed iſte qdem ex ſequẽtibus q̃lem habitũ ha/
beat circa ſermones apparebit,hoc aũt ſm ſe qualiter dictũ eſt,ſubſtãtiæ nihil eẽ ↄtrariũ,mihi quoq;
ipſi primo,deinde etiam aliis addiſcere uolẽtibus dearticulare bonum eſt ſubam ꝓprie in p̃dicamen/
tis indiuiduã accipiẽs cõpoſitã ex materia & forma ut ſubtã accepit ipſam,ꝓpter qd neq; in ſubiecto
neq; de ſubiecto/ait/ipſam eẽ,ut undiq; ſignificet ꝙ ſubiectũ ſit.cõtraria aũt ſm qd cõtraria accidẽtia
ſunt:differẽtiæ.n.ſunt,differẽtiæ aũt qualitates & accidẽtia,& ſunt hæ nõ cõtrariæ ſubſtãtiæ,ſed con
trariã ſibiipſis ſubſiſtentiã habent,ꝓpter qd qdem ambo dixit,& ꝙ ſubæ nihil eſt ↄtrarium,& ꝙ ſub
ſtantia eadẽ & una numero exiſtens cõtrariorũ eſt ſuſceptiua Propter qd uerus eſt in prædicamẽtis
ſermo,ꝙ ſubſtãtiæ nihil eſt contrarium:neq;.n.ſm materiã,quæ eſt ſolũmõ ſubiectũ,neq; ſm formã
compoſitũ ex genere & differẽtiis,ſuba.n.eſt & hoc q̃uis in materia ſit,ſed oĩs materia ſubiiciť cõtra
riis,neq; multo magis ſm compoſitũ ex forma & materia,hæc.n.adhuc magis eſt ſubtum contrariis,
ſubiectũ autẽ non põt eſſe cõtrariũ,neq;.n.ambo contraria eſſe poſſunt.In ſubiecto.n.illa,neq; alterũ,
& qa in ſubiecto & hæc,ſed non ſubiectũ,& quia ſi ſit hoc,oppoſitũ non utiq; ſuſciperet,quoniã autẽ
cõpoſita eſt quæ ꝓprie ſubſtãtia ſm ipm diciť quæ indiuidua quęq; generabilis & corruptibilis eſt
ex materia & ſpecie,ſpẽs autem quã & diffinimus,ex genere eſt & differẽtiis:differentiæ autem q̃lita/
tes exiſtentes oppõnem habent ad alias q̃litates,ſm oppõnem.n.ſuorũ generũ differẽtiæ diuidũtur,
ſm igitur has differẽtias,cõtrariæ dicunť ſubſtãtiæ,nõ ſm quod ſubſtãtiæ,& ſubiecta & per ſe ſubſi/
ſtentia,ſed ſm qd ex cõtrariis diuerſis cõſiſtunt,& ſpecificanť,uelut ignis & aq̃,ſm qd ignis,& aq̃ nõ
ſunt cõtraria,ſubſtantiæ.n.ſunt ſubiectæ cõtrariis accidentibus,ſm qd autem hoc eſt calidũ & ſiccũ,
hoc autem frigidũ & humidũ,hoc qdem leue,hoc aũt graue,ſm hęc cõtrarianť & opponunť inuicẽ,
& trãſmutant inuicẽ,non ſm qd ſubſtãtiæ & ſubiecta,ſed ſm cõtrarias q̃litates.ꝓpter quod in p̃dica
mentis qdem talẽ ſubam cõpoſitam ex materia & ſpecie,ut ſubiectũ accipiens,cõtrariorũ eandẽ uici/
ſim dixit eſſe ſuſceptiuam : cõtrariorũ autem eorũ quæ ſm accidens inſunt,& nõ eſſe aliqd tali ſub/
ſtãtiæ cõtrarium.hic autẽ differentias accipiens eas quæ ſm ſubam inſunt,alterius & alterius ſubſtã/
tiæ utrãq; cõpletiuam exiſtẽtem,& ſm ſe inexiſtentes ſubſtãtiis,ſed nõ ſm accidens,cõtrarias ſubſtan
tias inuicem ſm illas differẽtias dixit,quæ diuerſis ſubſtãtiis inſunt,quæ.n.ſm accidens inſunt diffe/
rentiæ,circa eãdem ſubam uiciſſim ſubſiſtũt.Quãdo igitur diciť cõtrariorũ/lationes cõtrariæ , ſubas
quidem cõtrarias dicit,habẽtes ſubſtãtiales differentias adinuicẽ contrarias,non autẽ ſm qd ſubſtan/
tiæ ſunt ſm ſe ſubſiſtentes:ſed ſm qd ex cõtrariis cõſiſtunt differẽtiis,quibus ſequunť contrarii mo
tus:nam qui ſurſum tendit caliditati & leuitati coexiſtit,qui aũt deorſum,frigiditati & grauitati , &
neq; cõtrariãtur hæc dictis in p̃dicamentis,neq; ut iſte/ait/neceſſe eſt hoc,cõtrariorũ differẽtias eſſe cõ
trarias deſcribere,ut illa putemus eſſe uera.¶ Sciendũ autem ꝙ in primo de naturali auditu,ſpẽi ma/
teriali ex cõtrariis q̃litatibus cõſiſtenti cõtrariam dixit priuationẽ ipſius,& ex hac fieri ſpẽm/ait/quia
non oĩno ſpẽi ſemper eſt contraria ſpẽs:neq;.n.aut homini,aut muſico,priuatio autem eſt ubiq;,ſed
quãdoq; qdem priuatio eſt cũ ſpecie perfecta,habẽte perfectas & conſtitutiuas ipſius q̃litates,ſicut in
aqua,ignis priuatio eſt cũ ſpecie aq̃ perfecta exiſtẽte,& habente p̃fectas q̃ in ipſa ſunt q̃litates,frigidi/
tatem & humiditatẽ,cõtrarias ignis q̃litatibus,& ꝓpter hoc ignis nõ ſolũ ex priuatiõe ſuiipſius,ſed

& ex

& ex cõtraria sibi specie dicit generari, quãdo aũt priuatio nõ speciei pfectæ coexistit, sed materiali alioqui idoneę se habente ad susceptionẽ spẽi oppositæ priuatiõi, sicut est in spermate hois priuatio, tũc non ex specie cõtraria, sed ex priuatione dicit fieri, qd generat, non quia nõ sit spẽs aliqua & sperma, sed imperfecta spẽs, & materiæ rõnem participans ad pfectæ spẽi subsistẽtiam, & ad illã totã habens relationem, ꝑpter qd non tãquã ex specie cõtraria ipso spermate generat homo. Et palã est ꝙ sunt quædam & in spermate qlitates, cõtrarietatem hñtes adinuicem, sed imperfectę sunt & hæ, & nõ ut quę pfectarum spẽrum pfectæ, ꝑpter qd q̃cunq; qdem cõtrariæ qlitatibus hois sunt, in illo trãsmutat, humido qdem qd est in spermate exiccato, spiritu aũt extenso, q̃cũq; autem cõformes sunt qualitatibus hominis ex imperfecto transmutantur in perfectum. Propter imperfectionem enim dispõnis subiecti, quando ex spermate animal, uel ex imusico dicitur fieri musicum, non ex contraria specie, sed ex priuatione dicitur generari. Quod autem non meiipsius hos intellectus scribo, sed quæ uident approbatis expositoribus, & quæ ab ipso Aristotele dicuntur: audi scripta ab ipso Alexandro in cõmentariis prædicamentorum, præmissa enim litera dicente. Inest autem substantiis & nihil ipsis eẽ contrarium, infert hæc, consequens aliud rursus ostendit substantiæ, ꝙ neq; ipsum proprium substantiæ est, ut & ipse dicit, est aũt hoc, nullum contrariũ ipsi esse, & confesse expositis substãtiis nihil est contrariũ, ei tamẽ quę fm speciẽ subæ, dicet in naturali auditu, priuationẽ esse cõtrarã. An & ibi cõmunius priuatio otraria dicta est, cõsuetudo enim est ipsi cõtraria dicere. & q̃ fm priuationẽ sunt opposita, sed in eĩtis species fm quas ignis & aer aqua, & terra cõtraria, sicut & ipse in libris de generatione & corruptione dicit, ꝑpter hoc enim in seinuicẽ est ipsis trãsmutatio. His igit substãtiis expositis, dicet nihil esse cõtrariũ, ostendit aũt in scdo de generatione specificas q̃litates simpliciũ & primorum coporũ, siccitatẽ, humiditatẽ, caliditatem, frigiditatẽ. Has autẽ contrarietates esse. Vnde & ibi patet differentiã substãtiæ subam nõ esse, quia expositarũ aliqua non erat. ¶ Sed & diuus Iamblicus in cõmentario in pdicaméta scripsit hæc. inest igit substãtiis, nihil ipsis esse cõtrarium. cõtraria enim sub uno genere semp ordinata sunt, substantia aũt nullũ habet superius genus, sub quo ordinata sit, & contraria quidẽ habitudinem hñt adinuicem, substãtia aũt sine habitudine est, & nihil indiget fm contrarietatẽ habitudine. Adhuc cõtraria qdem seinuicẽ abnuũt, substãtia aũt fm se determinata est, ipse etiam ex inductione primarũ & scdarum substãtiarũ, ꝑbat nihil esse subæ otrariũ, & post pauca scripsit hæc. Dubitãt autem qdam/qũo rationale aial irrationali non est contrariũ. Nos autẽ dicemus ꝙ alioqui differẽtiæ inexñtem differentiã otrariorum hñt, totum aũt toti nõ erit otrarium. Rõ autẽ huius talis est, qd suscipit cõtraria, nõ est ipm cõtrariũ. si enim obtineat ab uno cõtrariorũ, non poterit idonee ad susceptionẽ alterius ꝑparari, uelut aĩa corpus, indiuiduæ substãtiæ, & scdæ substantiæ, siquidẽ suscipiãt otraria, non erunt ipsa cõtraria, sed neq; si diuidat aliquid in cõtraria, sicut aĩal, non erit cõtrarium, si cõuenienter otinet diuisionẽ contrariorũ, neq; aliqd harum erit cõtrariũ. Sciet autẽ hoc utiq; aliquis, & in diffinitione cõtrariorũ, plurimũ enim segregata esse ipsa abinuicẽ determinata sunt. ut autẽ nunc dicit circa eãdem subam animalis coexistũt, sed q̃liter ignem aquę, & terræ aerem contraria dicit Aristoteles fm specificas differẽtias: dicemus q̃tenus non sunt substantiæ. frigidũ igit & calidũ, & siccum & humidũ inuicẽ contraria existũt, subæ autem ad totas substãtias nõ hñt cõtrarietates, licet in eadẽ materia coexistãt, & qd oportet transcribẽdo prolõgare, lõnga expositorũ uerba quãdo possibile est ipm Aristotelẽ ꝑducere suam sniam, planẽ reuelãtem paulo post principiũ secũdi libri de generatione & corruptiõe? Scribit aũt sic, existẽtibus autem q̃tuor simplicibus corporibus utraq; duorũ utriusq; primorum sunt. Ignis enim & aer eius quod fertur ad terminũ, terra autem & aqua eius qd ad mediũ, extrema quidẽ & sinceerissima terra & ignis, media aũt & mixta magis, aq; & aer, & utraq; utrisq; contraria. igni enim contraria est aqua, aeri autem terra, hęc enim ex cõtrariis passionibus cõsistunt. Ecce enim & substãtias cõtrarias substãtiis esse ait/ igni & aeri, aquã & terram, & qualr cõtrariæ, manifestauit, quia nõ fm quod substãtiæ & supposita, sed scdm qd ex cõtrariis q̃litatibus cõsistunt, potentibus inuicẽ agere & pati abinuicẽ. hæc sufficienter (ut existimo) usq; huc peruenerunt, & qualr sic imorati sunt, circa otradictionẽ propõnis dicentis, cõtrariorũ & lationes esse cõtrarias, manifestũ factum est (ut existimo) etiam mediocrẽ intellectũ hñtibus rationũ consequentiæ. Bonus aũt iste uir q Arist. industriã accusat dicit, hæc qdem nõ attingens ipse, hęc aũt ad ostensionẽ industriæ faciens multas cõtradictiones ex ambitione uidet cõcedere suppositicias, & hæc cõsequẽter scripsit, & si uerũ autẽ esse cõcesserimus, esse corpus corpori cõtrarium, & adhuc contrariorũ corporum & lationes esse contrarias, & ꝑpter hoc iterũ cuius corporis motui, non est cotrarius motus, neq; ipsi esse cõtrarium corpus, necesse est uidelicet ostendi, ꝙ circulari motui nõ est cõtrarius motus. si igitur unũquęq; sermonum, per quos Aristoteles conatus est hoc ꝑbare, ꝑponentes redarguemus: palã est ꝙ non ostenso, ꝙ circulari motui, nõ est motus cõtrarius, neq; ꝙ corpori qd mouetur

non est contrariũ corpus, ostẽsum utiq; erit. Qui igitur talia ostendit, uide q̃liter neq; assequẽs scripta uidetur. Proponens enim Aristotelis literã primi argumẽti, & Alexãdri expositionẽ Aristotele dimisso, aduersus uirũ secessit dicens q cũ ꝓmisisset ostendere, q nõ est circulari lineę recta cõtraria, non apparet ostendisse. hoc autẽ neq; Aristoteles, neq; Alexãder ꝓmisit ostendere. sed iste ignorauit deductionẽ rationis, quæ habet ita. si est cõtrarius motus aliqs circulari, est ille qui fit super recta: at q super recta fit nõ est. non ergo est aliquis motus cõtrarius circulari. igitur cõiunctũ ostendit ex eo, q peripheriæ recta opponi uidetur, & opponunẽ quidẽ hęc, qui autẽ sup ipsas motus, nõ sunt cõtrarii, quia unus non est qui super recta fit, sed duo, uterq; aũt ipsorũ, alteri opponitur & est unũ uni cõtrarium, ut sępe dictũ est. Alexãdro autẽ cõparante rectã circulari, ubi, ait, recta autẽ contraria uidetur circulari, quia circularis quidẽ uidetur undiq; circũfracta, recta autẽ sine fractione esse inter omnes lineas. si igitur iste nõ est cõtrarius circulari, neq; aliorũ aliquis, qui minus uidenẽ opponi ipsi: iste putauit rectã ad circularẽ cõparari, & trãscribere ausus fuit Alexãdri textũ in qbus scripsit. Maxime autẽ ait, recta opponi uideẽ circulo, quis ille scripserit { circulari } ut & sequentia manifestant. quãuis enĩ à lineis argumẽtatio ꝓcedat tum de motibus dictũ fuit ab Alexãdro ut manifestat, qđ inductũ fuit. Si igitur iste non cõtrarius circulari, sed neq; ex nõ esse rectã lineam contrariã lineari circulo, putat Alexãder cõcludi demõstrationẽ, ut ꝓmiserat hic ostendere. quãuis enim lineæ contrariæ, tamẽ motus non possunt cõtrarii esse, ꝓpterea q qui super recta fit opponiẽ ei q sup recta, & unũ uni cõtrariũ est. cõsequenter aũt motũ qui super recta conatur ostendere cõtrariũ & ei qui sup recta & circulari, sm aliud autẽ & aliud, sicut excessum ad defectũ & ad cõmẽsurationẽ, ut auaritiã ꝓdigalitati & liberalitati, & simpliciter in qbus incõmensurata ex utraq; parte cõmensurari, sibiinuicẽ cõtraria sunt & cõmensurato. Et igni ait, & aer repugnat & terra, sm aliud autẽ & aliud. & falsum, ait, & ignorantia ueritati, sed hic quidẽ ut cõtrarium, hæc autẽ ut priuatio: sic igiẽ, ait, & motus, qui sursum ei qui deorsum sm locorum cõtrarietatem opponitur: qui autẽ circularis utriq; eorũ, qui super recta nõ sm locorum contrarietatẽ, sed sm speciem motus, quia his qdem ab alio signo ad aliud est motus, & sm omnem partẽ sine fractione. huic autẽ ab eodem in idẽ, nulla prorsus parte manente sine fractione. & quia hunc quidẽ impossibile est sine quiete bis sup eandẽ fieri, circularis autẽ eandẽ lineã sine quiete infinities circuit. Si igitur sm ɔtraria, ait, specificantur, palã q & cõtraria utiq; erunt. Vides q̃liter non assequitur intentionẽ dictorũ? Aristotele enim dicente, q circulari motui locali existẽti non est sm locũ motus cõtrarius, & cũ dixerit ipsis uerbis, q lationis ɔtrarietates sm locorũ cõtrarietates sunt, hic eisdem uerbis dixit, circulari autẽ uterq; eorum qui super recta fit scđm cõtrarietatẽ, quã Aristoteles dixit. hæc autẽ erat quę scđm loca sm quã & oppugnare inuicẽ cõtraria, & transmutari in seinuicem possunt. Nam ad contraria inuicẽ loca sm naturam ꝓcedentia, cõtrariis semper q̃litatibus specificantur, caliditate & frigiditate, leuitate & grauitate, & q̃ cõtrariis his q̃litatibus specificãtur causis existẽtibus diuersarũ inclinationũ, ad cõtraria loca ꝓcedunt. hęc aũt sunt quę ex seinuicẽ generãtur cõtraria, sed nõ q̃ sine fractione & fracta: non .n. circulus in rectã transmutaẽ, neq; q̃ circulo mouenẽ in ea quæ super recta, neq; q̃ ab eodẽ signo ad idem mouenẽ: in ea quę ab alio & alio, neq; illa q̃ interrũpũtur quiete in habẽtia ɔtinuũ motum. nõ enim sunt ɔtrarietates hæ sm qualitates actiuas & passiuas, neq; idem subiectum hñt, quoniã accidet & q̃ sub luna sunt, in coelestia trãsmutari, & coelestia in ea q̃ sub luna. Quod qdem neq; hunc acceptare planè puto, dicentem coelũ esse superexcellentis naturæ, in quibus, ait, celum aũt & sm se totũ & scđm partes principalissimũ, & maxime cõtẽtiuũ mũdi partium cõfessum est. Motu enim huius oĩa quæ intus sunt diriguntẽ corpora, ut possint inuicem pmutari: ea sunt, igitur oĩa cõtraria sumẽda, q̃ locorũ contrarietate in sese transmutari possunt, multos & in sequẽtibus frustra expendit sermones ɔtendens ostendere, q & si non sm loca cõtrarii sint motus qui super recta circulari fiunt, tamẽ sm alios modos cõtrariãtur. & qđ irrationabilius est, motus circularis ei qui sup recta fit, contrarius diceẽ, sm plura oppositus q̃ qui sursum, ei q deorsum, sm loca sola hñs cõtrarietatem. nam q̃ generãtur & corrũpuntur inuicem qdem existũt congenea. Ad ingenita autẽ & incorruptibilia nõ adhuc, qm̃ & duo uni aduersari cõtraria prius dixit, sicut igni terram & aerem: hanc qdem ut frigidã calido: hunc aũt ut humidũ, sicco. mirabilis uideẽ mihi excessus stoliditatis. nam quod, ut terra & aer & ignis, & demũ, ut substãtiæ nõ sunt cõtraria, sępe ipse ꝓtulit. sed si ut calidũ frigido & siccũ humido cõtraria sunt non duo uni, sed unũ uni est cõtrarium, scđm quæ & trãsmutãtur inuicẽ elementa qũo non attendit? totaliter aũt si non sm idem duo uni cõtraria. sed scđm aliud & aliud, ut iste, ait, & in excessu & defectu, & in talibus ipsius multis exẽplis, sm aliud quidem ambobus ęqualitati oppositis sm cõmune inæqualitatis ipsorũ, & cõmensurationi, sm eẽe incõmensurationis, sm aliud aũt & adinuicem, quomõ iterũ duo uni contraria, & nõ unum uni? Vnũ enim incõmensuratio, & unũ inęq̃litas, sed si qui sursum est locus, ait, ad quẽ, quę ad sursum mouẽ-

tur/ferunt,est concauũ peripheriæ lunaris sphæræ,& est locus sursum ei qui deorsum ɔtrarius,participat aliq̃liter altero cõtrariorũ loco coelum,& scd̃m hoc contrariũ erit alicui,sicut ignis aquę,q̃uis non fm ꝙ corpora,uel scd̃m quod subæ,sed fm quod q̃litates sunt. Rursum igit iste oblitus est speciei cõtrarietatis,fm quã fit inuicem cõtrariorũ trãsmutatio.nam & locus sursum loco qui deorsum cõtrarius,nõ tanquã trãsmutantia inuicem cõtraria.neq; enim locus sursum,fit aliquãdo deorsum; neq; qui deorsum/sursum,sed q̃ in locis his sunt & quæ ad ipsa mouent,hæc sunt q̃ sic cõtraria sunt ut & trãsmutent adinuicem:ꝓpter qđ quãuis in coelo sit quod sursum, & in terra deorsum,non sic contraria sunt coelum & terra,ut transmutent in seinuicem,neq; habet coelũ aliquid tale cõtrarium, quando & ipse iste nouit,ꝙ loci assignatio,quæ dicit locũ esse terminũ cõtinẽtis,nõ perfecte assignata est ab Aristo.tãquã qui primus q̃siuit ipm.cõsequenter autẽ/ait/cõuexum & cõcauum ut contraria opponunt,neq;.n.ut quę ad aliquid,quoniã non semper coexistunt,nã cõuexum est in sphærica superficie,concauo nõ existẽte,quãdo solida fuerit sphęra,& cõcauũ est in his,quæ intus q̃dẽ sunt cõcaua,extra autem planã. Sed neq; ut habitus & priuatio,qualitas.n.ait/est utrũq; ignorans ut uidet iste ꝓceps,ꝙ priuatio est una spẽs qualitatis,qũo.n diceret cõuexum & concauum,ꝓpter qualitates esse,non fm habitũ & priuationẽ opponi:sed neq; ut affirmatio & negatio/ait. Relinquit igit ut cõtraria opponi ɔcauum & cõuexum.si igit/ait/hæc coelestis corporis q̃litates q̃dam sunt,aut passiões, coelũ susceptiuũ est contrariorũ,quare corruptionis & generationis. Age & hic uidet penitus iste remotus ab intentione dictorũ:primo q̃dem q̃a cum Aristoteles concauũ & cõuexum in linea acceperit,fm quã circularis motus fit,fm lineam.n.omnis motus perficit:iste ut in solido accepit,dicẽs non contingere esse lineam per se sine corpore,sed oẽm naturalem lineã in corpore hr̃e esse,in alio autẽ & alio sphęrici corporis ultimo concauũ existit & cõuexum. Et ꝓpter hoc etiã aduersus Alexãdrũ quęrebat dicẽtem,ꝙ siq̃dem sit cõcauum cõtrarium cõuexo,in linea una consideratũ,ipsa utiq; erit sibiipsi contraria linea,& q̃dem si concauũ & conuexum Aristoteles fm distãtiam acciperet,fm quã circularis motus fit,& sine latitudine hoc,palã ꝙ bene etiã dixisset Alexã.non.n.de hoc concauo & ɔuexo,neq; Alexã.neq; Aristoteles dixerunt,eo.s.ꝙ in alio & alio ultimo sphęrici corporis est, sed de his quæ in lineari distẽsione fm quã circularis motus perficit.si cõcauum autem & ɔuexum coelum habeat,sed in alio & alio sphærici corporis ultimo,& cõtraria sunt hæc inuicẽ,habet & alias in seipo plures contrarietates.nã & motus in ipso est & quies,& par,& impar,& idẽtitas,& diuersitas,& unum, & multa,& alia decem millia talia. Sed primo q̃dem cõcauũ & cõuexum in alio ultimo existẽtia,quomõ possunt concurrere inuicem,aut agere inuicẽ,aut pati ab inuicem,ut generatiõis uel corruptionis fiant causa trãsmutãtia inuicem: Deinde,intelligere oportet,ꝙ ubi generatio & corruptio,semper oportet esse cõtraria,ex q̃bus generatio,& in quæ corruptio fiat:nõ autẽ ubi sunt contraria semp/ibi est generatio & corruptio. Non.n.oĩa contraria agere inuicẽ & pati ab inuicẽ nata sunt sic, ut & trãsmutent in inuicẽ,sed illa sola quæ fm actiuas & passiuas q̃litates considerant,hoc est fm caliditates/frigiditates/siccitates/humiditates,& his cõcurrentes.s.albedines/nigredines/dulcedies/amaritudies/leuitates/grauitates/& talia. Nam fm harũ in inuicẽ trãsmutationẽ,& alia cõtraria,puta ɔcauũ & cõuexum,si cõtingat & impar & par,habẽt trãsmutationẽ inuicẽ,sicut & ipsę substantiæ,ut dictum est prius.si igitur ab illa cõtrarietate exemptũ est coelũ.s.ea quæ fit fm actiuas & passiuas q̃litates,merito exẽptum est,& à generatione & corruptione. Et hoc autẽ est dignum attendere,ꝙ si coelum haberet aliquod cõtrarium ut trãsmutaretur in illud extra substãtiam ipsius,esset utiq; cõtrariũ illud, & non in ipso,non enim corrumperet ipsum cõstitutiuum existens ipsius,nam & eius corporis quod est sub luna partes existentes contrariæ,oppugnant se quidem inuicem,& transmutantur in seipsas inuicem.totum autem generabile,propter hoc ipsum perpetuũ est,q̃a alterius corruptio alerius semper est generatio. Quare Aristo.rõnem arguere uolẽs,ostendat coelũ habẽs aliquod cotrarium extra seipsum,& si non fm substãtiam,saltẽ fm eas quę in ipso sunt q̃litates,ut habet ignis contrariam sibiipsi aquam,tãquàm contrarias habentem qualitates,quoniam nullus sapiens concludet hoc dicens contrariis quibuscũq; ꝑticipare,aut ambobus,aut altero,esse demõstrationẽ huius,quod participãs sit genitum & corruptibile. q̃m & coeleste corpus est susceptiuũ contrarietatis q̃ est inter concauũ & conuexum. Adhuc autẽ cõcauũ lunaris sphæræ est alter locorũ contrariorũ,quia coelũ generabile & corruptibile esse dicet.si autẽ non oĩs cõtrarietas est cũ generatiõis & corruptionis corporibus,sicut neq; scd̃m locum cõtrariæ sursum uel deorsum moueri,generatio aut corruptio existit.neq; ergo q̃ cõtrariis fm locũ motibus priuata sunt,ꝓpter hoc ipm solum, & generatiõe & corruptione priuata sunt,nam & ambobus simul cõtrariis participare,ut coelũ concauo & cõuexo,nõ est susceptiuũ eius, quod est esse generabile & corruptibile.q̃ enim possunt coexistere cõtraria,nõ oppugnãt seinuicem neq; perimũt & ꝓpter hoc nõ sunt cũ generationis & corruptionis.alterũ autẽ contrariorũ habẽs &

cõmune ſubm ad aliquid, eorum quę altero cõtrario participãt, hoc generationis & corruptionis eſt ſuſceptiuũ, cõtrariis circa unũ ſubiectũ ſeinuicem transmutãtibus. ſurſum aũt uel deorſum moueri ipſum qdem nõ eſt corruptio uel generatio. Eorum autem q̃ generanť & corrũpuntur ſunť ꝓpria, hoc enim leue eſt, hoc aũt graue, & hæc calida & frigida & ſicca, & humida, quibus generatio ſequiť & corruptio, ꝓpter mutuã transmutationẽ circa idẽ ſubm. forſitã autem motus ſurſum & deorſum generationes aliqualr̃ & corruptiones ſunt, ſiqdem ignis ſurſum, & terra deorſum mouenť, ſincerã ſpẽm ibi aſſumere appetentia. Si igitur q̃ cõtrariis q̃litatibus actiuis & paſſiuis ſpecificãtur, cõtrariũ habent ſemp ſm naturã localem motũ, qm̃ ſecundũ ſubam ab his dependẽt leuitas & grauitas. uerũ eſt dicere ꝙ quæ ſupeminent contrariis ſcdm locũ motibus, ſemper & à generatione & corruptione exẽpta ſunt, q̃re & à tali ſm qualitates cõtrarietate. Propter qd̃ & Ariſtoteles cõtrariorũ ſic & lationes cõtrarias dixit & ſiquidem circulari lationi non eſt cõtrarius motus, neq; circulariter mobili eẽ aliquid cõtrariũ. Et ſubiunxit ꝙ recte uideť natura qd̃ debebat fore ingenitũ exemiſſe à cõtrariis, inter cõtraria enim talia, uidelicet q̃ circa unũ ſubm pugnant, generatio eſt & corruptio. ſic quidẽ igiť bonus iſte, fruſtra multos ſermones cõtradicentes primę argumentationi ↄſcripſit. Videamus autem qualiter & ad ſcd̃am obuiat rõnem. Ariſtotele igiť ex ꝑdictis iam hñte; ꝙ contrarii ſcdm locum ſunt motus, qui à cõtrariis locis, & ꝙ cõtraria loca ſunt, q̃ plurimũ diſtãt ab inuicem, & ꝙ plurima diſtãtia determinata eſt, ſicut & minima, & ꝙ ois diſtantia tm̃ habet quãtum recta diſtantiæ media menſuratur. hæc enim una & determinata eſt, quia minima eſt hñtium eadẽ ultima. circulares aũt infinitę, quæ ad eadem ſigna copulãtur, & ꝓpter hoc indeterminatæ, & ꝓpter hoc diſtantiã inter a/& b/non determinãt, & pp hoc ſm illas nõ eſt plurima diſtãtia hæc, & ꝓpter hoc nõ ſunt cõtraria loca a/& b/ & propter hoc nõ ſunt cõtrarii motus, ab a/& b/ſi ut ſup peripherias, & nõ ut ſup recta ſiãt. hęc igiť Ariſt. ex irredarguibilibus ſic fundamẽtis ↄcludẽte, iſte itellũ nõ ↄſequẽs dicta, Valde miror/ait/ſi nõ ludens magis q̃ ſtudens talibus argumẽtis Phs uſus fuit, & palã eſt ꝙ ludũ exiſtimat diligentẽ ſermonum ↄſequentiã, ſtudiũ aũt ſuas argumentationes quas audiemus, magno utiq; aliquo dignus apparebit. Proponẽs enim primo Themiſtii paraphraſim literæ Ariſto. deinde & Alexãdri Aphrodiſiei expoſitionem, ut & ſic ſapiens uideatur, ſm utrũq; arguere Ariſto. opinionẽ ꝓponit. Themiſtio itaq; dicente motus ſuper peripheriã cõtrarios eſſe ad incõueniens abduci; dicente. ſ. uni infinitos opponi, quia infinitę ſunt quæ circa a/b/deſcribunť peripheriæ; Iſte deridet rationem infinitis motibus infinitos cõtrarios eſſe dicens. ſm unãquãq; enim infinitarũ peripheriarũ dicit duos motus cõtrarios inuicem eſſe, & nõ attendit, ꝙ ſi cõtrarii motus ſunt, qa à cõtrariis locis ſunt, uni motui qui ab a/unuſquiſq; eorũ qui a/b/infinitorũ; cõtrarius erit, q̃re & infiniti, & uerus eſt Themiſtii ſermo. Secũdo aũt ſuperinfert rationi, & ſi infinitæ ſint q̃ ſuper a/b/peripherię, tamẽ eiuſdem ſpeciei eſſe inuicẽ, & ꝓpter hoc eas, quæ ab a/omnes ut unam/eis quę a/b/ut uni opponi. Deinde & exempla ſuperflue proponens, miror/ait/quomodo non cognouit idem & in motibus ſuper recta contingere, uno enim exiſtente centro uniuerſi, ad quod omnia grauia feruntť, non ad unũ ſignum qd̃ in circulo eſt à centro mota leuia terminanť, ſed ad infinita, licetq; infinitas lineas circũducere nõ uariato cẽtro qui unus ẽ in circũpoſito circulo ſic & à centro iſinitas lineas ducere poſſumus, nõ potẽs iterũ idẽ cõſpicere, qd̃ quidem ipſi prius quoq; fuit cauſa ignorantiæ. ſ. cõtrarios eſſe motus, qui à contrariis locis, contraria autẽ eſſe loca, quæ plurimũ ab inuicem diſtant. hæc autẽ determinata eſſe, & determinatã habere interpoſitã diſtantiã. ſi eni hæc intellexiſſet iſte, nõ fuiſſet utiq; admiratus, quo Ariſtoteles q hęc euidentiſſima ꝑceteris digna exiſtimauit. nõ cõtingit aũt idem accidere in motibus ſup recta qd̃ in peripheriis; neq; enim idem accidit, ſiquidẽ in his q̃ ex centro æqualibus exiſtentibus omnibus determinata eſt diſtantia media inter ſurſum & deorſum plurima ens in diſtantia hac, & ꝓpter hoc omnia quæ in circuitu ſunt ſigna tãquã unius qui ſurſum eſt loci opponunť ad eũ, qui deorſum, pipheriæ aũt mediæ inter a/& b/inęquales exiſtentes inęq̃les facientes diſtãtias medias inter a/& b/nõ adhuc ſm omnes plurimũ diſtare faciũt a/locũ a/b/loco/q̃re neq; ↄtraria ſunt, ſiquidẽ neq; unã & determinatam habent plurimã adinuicẽ diſtantiam. Hæc autẽ non intelligens iſte, & multo irrationabilius inconueniẽs in rectis ſequi/ait/q̃ in peripheriis, ꝓpterea ꝙ motus peripheriarũ ab eodẽ ad idẽ exiſtentes cõgenei ſunt & eiuſdem ſpeciei, motus aũt rectarũ, quãuis ab eodem, non tamẽ ad idem, q̃re in rectis magis infiniti cõtrarii uni, q̃ in peripheriis. Palã autẽ eſt ex dictis ꝙ in rectis quidẽ ſurſum omne ut unũ, eadem diſtantia ab eo qd̃ deorſum diſtans, ut ad unũ quod deorſum opponiť, in peripheriis autem diuerſas ſpecies diſtantiarũ habentibus, neq; una ſpecies eſt, ut putat, neq; prorſus contrarietas ſm has, a/ad b. Alexãdro autẽ accõmodatius hunc ſermonẽ adducẽte. ſ. non eſſe ꝓrſus cõtrarios motus ſuper peripheria, ꝓpter non plurimũ diſtare ab inuicẽ a/ab ipſo b/ſm peripheriã. ut ꝓbat quod infinitæ poſſunt ſcribi peripheriæ ſup ſigno a/& b/habentes diuerſas diſtãtias. Iſtę iterũ ꝓlixa garrit.

repugnans geometricis principiis,& his,q̄ ad naturā pertinent,ipsos discordes ostēdere ɔtendens.nam ab eisdem signis infinitas/ait/posse scribi peripherias,tanquā nō sit accipere maiorē,in mathematicis q̄dem ex abstractione existentibus uere dicit.in naturalibus autē cū passione & materia acceptis est impossibile.Est ergo/ait/maximā in uniuerso accipere naturalē peripheriā.igitur q̄ ab extremis diametri uniuersi ex cōtrario,fm maximā uniuersi peripheriā mouentur,cōtrariis mouentur motibus,quoniā & signa ex qbus mota sunt plurimū abinuicem fm peripheriā distant.maiorē enim extrema uniuersi pipheria fieri est impossibile.Si igitur/ait/à signis diametri fm quæ ultima exteriorē sphęrarum inuicem aptantur.s.cōcauū sphæræ supremæ & cōuexum infimę ex cōtrario inuicē duæ mouentur peripheriæ q̄ intus,& q̄ extra,cōtrariis mouent motibus,& ꝓpter hoc corpora ipsarū cōtraria sunt/horū plura quidē fm cōtinuitatem,pauca autē sparsim ab ipso scripta colligi,ꝓpter breuitatem oportet etiā hic stolidā ipsius intentionē ostēdere.primo quidē describere in infinitū peripherias ab eisdem signis posse,ut nō sit accipere maiorē,in mathematicis quidē uerū dicit,in naturalibus aūt impossibile est.ergo ne ignorat q̄ omne corpus naturale finitū existens superficiem habet,& omnis superficies ɔtinua,& omne cōtinuū in infinitū est diuisibile,siquidē ista est diffinitio ɔtinui?Et palā est qđ q̄ diuidi nata sunt,diuidūtur nō in īfinita,sed in īfinitū,tāq̄ nō sit accipe magnitudinē quæ nō & ipsa dimensionem hās diuisibilis sit,ita ut in ipsam diuidatur, corpus q̄dem in plana, planū aūt in lineas,linea uero in puncta.Quæ aūt natura indiuisibilia,sicut cœlestia,dimensionata existentia & ipsa,dimēsionem q̄dem fm intellectū habent,distātiam aūt signorū quæ uidetur cōtraponi fm solā rectam ad ipsa copulatā,determinatā habent,peripheriā autem mediā inter signa non adhuc unā est accipere. Neq̧ enim naturalis aliq̄ est,sed tantū fm intellectū quæ in cōcaua superficie sphęrę supremę,& in cōuexa infimæ.Propter quid igitur nō in ꝓfundo utriusq̧ describentur fm intellectū peripheriæ ab eisdem signis,q̄ quidē in suprema/maiores,quę aūt in īfima/minores? Quo modo enim oino cogitauit dicere,q̄ ea quæ fm concauū est supremę sphęrę peripheria, nō est maior in cœlo peripheria? quæ enim in cōuexo,maior erit utiq̧ hac,siquidē habent ꝓfunditatem sphærarū corpora,& nō solum sunt supficies,& quæ in ɔuexo ipsius signa maioribus circularis ferunt.& q̄dem quāuis dictę ab ipso peripheriæ nō sit maiorem accipe ad eadem signa descriptā, saltem minorem, semp erit accipere in interioribus sphæris.& quāuis non sint naturales peripherię descriptæ tales in cœlesti corpore,tamē signorū distātiæ diuersæ erunt,sufficiente ad hoc & intellectu.quādo enim exciderint signa à recta interposita, īdeterminatā habent iam ad inuicem distantiā. Quare neq̧ plurimū ab inuicem distāt,neq̧ cōtraria inuicem sunt quæ fm ipsa loca,neq̧ cōtrarii qui ab ipsis motus,neq̧ cōtraria quę mouentur corpora,sed omnia frustra ipsi cōclusa sunt quę ab Aristotele dicunt,& ab expositoribus ipsius ignorāti. ¶ Ad tertiā aūt argumentationem Aristotelis cōtrariatur iste dicendo,q̄ sup indeterminatā peripheriā oppositio motuū nō accipitur,tāq̄ impossibile sit infinitas peripherias circa eadem signa circūscribere,sed sup unam determinatā,puta sup semicirculū,& sic distantia ipsius g/ad d/fm rectam mensurabit,neq̧ uerba Aristotelis,neq̧ expositorū itelligens,multos extendit sermones, tentans ostendere:q̄ nō est necesse omnis magnitudinis mensurā esse rectā,neq̧ omnis lineæ,sed earum solum q̄ sunt eiusdē speciei & quibuscūq̧ adaptat:non adaptat autē circulari. Et sic oēs sermones facit tāquā dicente Aristotele & expositoribus,q̄ distensio peripheriæ à recta mensuret,& fortè iterū necesse est ꝓpter nō credituros,q̄dam dictorū ab ipso transcribere.igit neq̧ si earum quæ circa eadē signa describūtur,linearū minima existat recta,iam & omnis lineæ & ōis magnitudinis i necesse est ipsam esse mensurā, sed earum q̄ eiusdem speciei,& quibuscūq̧ adaptari pōt:non adaptatur autem peripheriæ,neq̧ est eiusdem spēi cum ipsa,neq̧ ergo mensura ipsius esse pōt,nōne manifestus est putans dicere ipsos/q̄ recta mensuratur peripheria? Si autē non sufficiunt hmōi ostēdere stoliditatem ipsius,cōsequentia audi:si.n.recta sæpe puta cubito,ab artificibus circulares aliquæ mensurant structuræ,non fm se circularem lineā cubito mensurant,sicut in rectilineis structuris,ipsi rectę extensę lineæ ipsius structuræ,adaptat cubitus.nō sic igitur & in circulari peripherię cubitū adaptant,impossibile est.n.sed eas quæ fm rectā peripheriæ distensiones accipientes,has recta mensurāt,ut iterum simile sit mensurāti quod mensurat.si autem quia cognoscendo quantæ magnitudinis sit circuli diameter & circūferentia circuli quāta sit,cognoscet,per hoc aliquis exegerit rectam esse mēsuram peripheriæ,quia etiā circūferentia nota possibile est ex ipsa cognosci diametrum.dicet & peripheriam eē mensuram rectæ & triāguli ęquilateri q̄ tres rectæ sint æquales inuicem,nō aliter cognoscimus q̄ ex circulis descriptis circa diametrum quæ unū est trianguli laterum.Quid igit magis ex recta/ peripheria,q̄ ex peripheria/recta iudicatur,& nō me aliquis posteriorū accuset tāquā introducentē importunum studiū,si talia & tot illius trāscribere eligo?sed accuset attēdētes sine iudicio sermonibus huius,& eos qui aliquādo non crederēt q̄ aliquis talia scribens,sic inuerecūde ɔtradicere auderet.ubi enim

Aristoteles aut aliquis expositorũ Aristotelis. peripheriã dixit mẽsurari? sed nõ percepit iste: q̃ distantiam ultimã, quæ media est in motu, puta inter g/& d/ut Aristo. ait/recta quæ ad ipsa copulatur dicũt mensurari, sed non peripheria descripta circa ipsam, non tamen q̃ peripheria recta mensuret: hoc enim & si uerũ esset nõ multum aliquid ad rõnem facit, propositum. n. erat ostẽdere, q̃ quæ super semicirculum cõtraferũtur, non mouent motibus contrariis, quia ultima ipsius scilicet g/& d/nõ sunt contraria loca, hoc aũt, quia nõ plurimũ distant abinuicem ſm semicirculi peripheriã, possibile est. n. & maiorem semicirculo peripheriam super ipsa scribere, ſm quã plus ab inuicem distãt, q̃ ſm lineam semicirculi, sed qui accipit cõtrarios motus qui a/g/ad d/tãquã super diametrũ factos accipit. determinata enim distãtia ſm hanc est, quæ aũt plurima est determinata est, quæ aũt contraria/plurima: propter quod & Aristo. sic dixit. q̃ determinata distantia distãt, qualis est plurima, qua contraria loca distant, hæc aũt per rectam distare ponimus, hæc. n. est media inter extrema determinata, minima existens, ꝓpter quod & hac mẽsuratur distantia: & Alexãder exponens/ait/at uero in mensurante est inuenire plurimũ distans & contrarium, recta ergo, & in hac est cõtrarium quod in distantiis, nõ ergo in peripheriali, neq; in semicirculo contrarii motus qui super distantiam g/d. ergo nõ horum aliquis dixit rectam mensuram peripheriæ sed non distantiæ mediæ inter d/& g. Iste autem ignorat intentionem assumptorum, quare ad redargutionem ipsorum, ut putat produxit mensurantes peripherialia structurarũ, qui accipientes secũdum rectam peripherię distantias, hanc recta mensurant, non attendens q̃ hoc non est quod dixit Aristo. semper enim distare unũquodq; ponimus, sed sicut consueuit, concedens iterum uerum esse hoc. s. oĩs distãtiæ mẽsurã eẽ rectã, neq; sic/ait/aliqd plus ipsis ratio ꝓderit ad ostendendũ, q̃ nõ sunt cõtrarii motus, qui fiunt ab ultimis semicirculi ẽcõtrario. qm̃ enim/ait/magnitudo est circulus, sunt quędã partes ipsius magis & minus ab inuicẽ distantes. à principio enim arietis magis distant gemini q̃ taurus, & his magis cãcer. sunt ergo & plurimũ in ipso distãtia, puta aries & libra, & scorpius q̃uis altera parte circuli maiori interuallo septẽ signis ab inuicem distet, altera tamẽ minori, siquidẽ q̃nque signis tantũ distãt, solũ ergo plurima distãtia distant aries & libra, & demũ quæ in duo ęqualia circulũ secant. hæc dicentẽ iustũ est interrogare distãtiam in circulo partiũ, utrum ſm peripheriã accipit, aut ſm rectã copulatã intermediã ipsarũ? si enĩ ſm peripheriã, palã est q̃ ſm maiorẽ peripheriã magis distat taurus à principio arietis q̃ gemini, & arietis locus magis cõtrarius, loco sagittarii, ſm maiorẽ peripheriã, q̃ loco libræ. q̃a plus ſm illam distant. cõtraria aũt loca quę plurimũ ab inuicẽ distãt. quo modo enĩ deniq; si sup peripheriã distantiã accepit: ausus fuit dicere q̃ undiq; plurima distãtia distant aries & libra? ęquali enĩ undiq; uerũ est dicere, plurima autem nullatenus possibile. plurima enĩ appropinquãtia inuicẽ distant ſm alterã peripheriã. Si aũt nõ ſm peripheriã determinat partiũ in circulo distantiã, sed ſm rectã copulatã ad ipsa, idẽ cũ Aristotele dicit nesciens. qui enim a/g/ait ille, & qui a/d/si ut cõtrarii accipiãtur eędem his, q̃ super diametrũ sunt scd̃m plurimã ipsorũ g/d/distantiã. dicit autem & ſm peripheriã esse, quia æqualr undiq; distãt. & quidem quid hoc faciet ad plurimã distãtiam, qua cõtraria loca distant, quibus ↄtrarii motus sequũtur: cõsequẽter aũt suæ ignorantiæ ꝓcipiti, hoc/ait/& deceptionis cã fuit Alexãdro. accipiens enim q̃ recta sit mensura, & mensurãda est inuenire plurimũ abinuicẽ distãtia & ↄtraria cum ↄsequens esset cõcludere cõclusionem dicentẽ. ergo est inuenire distãtiis plurimũ ab inuicem distantia & cõtraria. uafre (inquit) apposuit, sup hãc, cum dixisset, recta ergo & super hãc est cõtrarium & in distãtiis, qđ quidẽ non habet textus in distantiis. rursum igiť & in his attendere oportet, primo q̃dem q̃ Alexandrũ deceptum eẽ dicens, statim malignať/ait/in suo sermone in quo dicit ip̃m esse deceptũ, non itelligens q̃ qui ꝓpter deceptionẽ aliq̃d dicit, non malignať, si mõ deceptio sit ꝓpter ignorãtiam: malignatur aũt in sermonibus qui sciens uerũ ip̃m peruertere studet. Deinde q̃uo dicit nõ accipere ip̃m in ꝓpositionibus, hoc. s. super rectam, sic exponente Alexandro sermonẽ, ut ipsemet transcripsit. oĩs enim distãtia minimo mensuratur, minima autẽ distantia oĩum est recta. oĩs ergo distantiæ recta & q̃ sup rectã mẽsura. at uero mẽsurare ẽ iuenire qđ plurimũ distat, recta ergo & sup hanc ẽ ↄtrariũ qđ ĩ distãtiis. nõ ergo sup ꝑipheriã; igiť manifestus est Alex. & in ꝓpõne ponẽs, hoc. s. sup rectã, & syllogizans ita: oĩs distãtia/minima distãtia mẽsurať, q̃a hęc determinata ẽ. qđ minima distãtia mẽsurať, recta & distãtia sup rectam mensurať. hæc. n. est minima linearũ, habentiũ eadem ultima, aut distantiarũ. & cõclusio iam est manifesta, q̃ oĩs distantię recta, & q̃ super rectam distãtia, mensura est: huic aũt coassumẽs aliam ꝓpositionem dicentẽ, mensurãte est inuenire quod plurimũ distat, & cõtrarium: cõclusit q̃ si recta & distãtia sup rectã inueniť in distãtiis plurimũ distans & ↄtrariũ. palã q̃ hæ determinatę sunt, & ſm hoc sunt cõtrariæ distantiæ. nam ſm quod inueniũtur, ſm hoc determinatę sunt, & ſm quod determinatæ sunt, ſm hoc sunt. quis ergo horũ deceptus esse aut malignari iuste dicetur? qui hæc sic cõsequenter syllogizauit, aut qui huic deceptionẽ & malignitatẽ imponit: quia cõcludebatur quę

dem ut ait,ergo recta est inuenire plurimũ distantia,& cõtraria.hic autẽ apposuit cõclusioni,ꝙ & super rectã est contrariũ quod in distãtiis, & nõ ↄsiderauit, ꝙ ſm quam distantiã inuenitur horũ contrarietas, ſm hanc & distant loca.Hic autẽ nihil intelligens dictorũ, multos rursum expendit sermones, ostendens ꝙ plurimũ ab inuicẽ distantia signa,si cubito mẽsurauerimus, nõ est in cubito mẽsurante,neq; in ipso distant plurimũ distantia.& neq; hoc potuit intelligere,ꝙ si solius cubiti esset distãtia,nõ lignei,aut ærei,sed eius qui ſm mediã rectam,& ſm hanc utiq; ipsis plurima esset distantia mẽsurante quidẽ tanquã determinata,q̃re minima est,mensurata autẽ tanquã indeterminata distantia. non enim apponit mensurã ligneus cubitus,sed inexistentẽ manifestã facit.hic autẽ distat tantũ ab intellectu dictorũ,ut per ipsa uerba scribat hæc. ꝓrsus enim q̃ in eo,quod mensuratur per mensurã deprehenduntur,hæc & in mensura esse dicere ualde est stultũ & iucõueniens,non intelligens qualr & mensura & mensuratũ,est plurimæ distantię eorũ quæ ſm rectam distãt,sed stolide iudicatoria multa cõduxit,ostendens ꝙ non est in iudicatoriis eorũ quæ iudicant̃ cõtrarietas & distantia,neq; enim in determinatione,ait,ueri & falsi distantia est,neq; boni & mali, neq; in uisiua uirtute nigrũ & albũ, aut currere & stare,neq; in auditiua acuta uox & grauis, neq; in regula qđ obliquũ & rectũ neq; hoc habet regula,qđ quidẽ in ligno puta existit, per ipm didicimus. Et ꝙ hic quoq; frustra multas ꝓponens reuoluit,palã est si ſm rectam mensura,nõ extrinsecus aduenit,q̃lis est cubitus qui ligneus acceptus est,sed ea quæ ſm distantiã mediam inter distantia,quæ quidẽ ut indeterminata distantia mensuratur,ut autẽ recta & minima & determinata mensurat distantiã ab inuicẽ distantiũ. Propter hoc quidẽ igitur nihil simile habet extrinsecis iudicatoriis, quæ ſm rectam distantia,sed illis æreus cubitus ꝓportionatur. uerũtamẽ neq; horum ipsorum quæ ꝓduxit ꝓprietatem cognoscens uidetur,nã & iudicatoria,si non habent rationes eorũ quæ iudicãtur,non poterunt iudicare. qualr enim uisiua uirtus diiudicat nigrũ & album, si non typũ horum accipiat? habet autẽ nõ ut alba existens aut nigra,sed iudicatiua.Sic autẽ & demõstratio quæ discernit falsum & uerũ, & regula quæ rectũ & obliquum arguit:hæc quidẽ uerum supducens ei qđ iudicatur,hæc autẽ rectum,hæc qdem ſm adaptationem iudicat,hæc autẽ ſm dissimilitudinem. Et manifestus est ipse cõfuse ꝓponens exempla,q̃a neq; attendit ad hoc ꝙ aliter quidẽ uisiua uirtus album & nigrũ iudicat,ut species ambas ſm speciẽ,quæ in sensu,siue actu,siue potẽtia, speciebus in sensu acceptis. Aliter autẽ demõstratio & regula,uerũ quidem & rectũ specie quæ in ipsis tanq̃ adaptatũ aliquid iudicant.falsum aũt & obliquũ eo quod ꝑter hæc.nam nõ animal falsum est dicere hominẽ,& uerecũdor quidẽ in talibus immorans. sed quoniã ꝑ hæc perimere conatur beatã coeli æternitatẽ,conditoris aũt intransmutabilem bonitatẽ,necesse est uilitatem eorũ arguere auxiliantẽ sufficietenus intelligentibus ipm. nam q mediocriter intelligũt non dicta huius solũ,bene scio cõspuẽt,sed & meos sermones existimãtes grauiores oppugnãtis umbrã non fortunati laborẽ ipsos reputabũt.necesse est igit̃ audire & sequentia.q̃liter igit̃ non est in se diffinientis rõnes,dicere eam q̃ super semicirculũ motuũ oppositionẽ esse eãdem ei q̃ super diametrũ,q̃a ab eisdem signis terminat̃ semicirculus & diameter.uides qualiter nõ attendit ꝙ non simplr eos qui super semicirculũ motus eosdẽ his qui sup diametrũ dicit Aristoteles,sed q̃ñ ut contrarii accipiunt̃, hoc est ut à cõtrariis locis,qđ est idem ac dicere,ut à plurimũ distãtibus,hoc est determinatã hñtibus distantiam intermediã.nam q̃ plurima est determinata est.qđ est idem ac dicere minimã mensuram, hæc enim est determinata. quod aũt minima linearũ hñtiũ eadẽ ultima,recta sit:si ignorat,addiscat. Dicente aũt Alexãdro,ꝙ quę mouent̃ sup semicirculũ,ut ex cõtrariis locis,& si non super rectã mouentur,tñ per moueri tanta itermedia ipsorũ distãtia,quãta ſm rectã distant,hęc cõtrario motu mouentur.hoc est eo qui à plurimũ distãtibus locis,neq; sic,ait,iste cõfiteri, cõtrarios eẽ eos motus qui super semicirculũ ècõtrario fiũt,effugiet,siue ꝓpter circulũ habeãt ꝙ sunt cõtrarii,siue ꝓpter diametrum horũ.Atqui ꝓpter diametrũ nõ ut super semicirculũ moti sunt cõtrarii. non.n.ut semicirculi ultima q̃d,plurimũ abinuicẽ distãt,sed ut super rectã.Deinde Alexãdro dicente, ꝙ si nõ recta omnis distantia mensuraret̃,sed circulari,nõ esset possibile accipi distãs plurimũ eo ꝙ possit rerum q̃ prope sunt fieri intermediã peripheriã maxiam,circũscribendo ualde cõuexam peripheriã,& ualde multũ distantiũ minorem:iste rursum prolixos extendit sermones cõtendens ostẽdere ꝙ super peripheriã plurima distãtia est,q̃ undiq; æqualr distans est,ut ob Ariete ad Librã: nõ itelligens ꝙ aliud qdem est undiq; æquale,aliud autẽ plurimũ,& ꝙ ab Ariete per Librã delata,usq; ad Sagittariũ distantia,super peripheriam accepta,maior est ea q̃ usq; ad Libram.si uero sup rectas medias intus extrema accipiantur distantię,plurima est q̃ ab Ariete,usq; ad Librã ꝑuenit,quia maior oĩbus rectis ꝓductis in circulo est diameter. Si aũt in peripheriis distãtia accipiat̃,possibile est pluribus peripheriis sup eadem signa descriptis (ut dixit Alexan.) aliãs ſm aliã peripheriã,distantia punctorũ adinuicem accepta,nõ adhuc determinatã esse plurimã.Iste aũt iterũ non itelligens q̃ dicitur,ait,ipm dicere ꝙ à multũ distãtibus,

possibile est circũscribere minorẽ peripheriã,& ex ꝓpinquis maiorẽ. Nescio dicit utrũ paralogizare uolentis sit an ignorãtis,qm̃ non est mirabile, si in diuersis circulis q̃ sunt in altero circulorũ signa si pedalem habeat circũferentiã semipedali distant ſm plurimã distantiã.quæ aũt in habente circũferẽtiam centũ pedum,distãtia abinuicem signa.25.pedibus non plurimũ ab inuicem distent.Eadem aũt & in rectis garrit,cubitalis qdem ultima plurimũ distare dicens,nam toto distãt, eius aũt quæ centũ cubitorum mediũ ab extremo nõ quod plurimũ,neq; enim toto,sed medietate. Et hæc scribit putãs Alexãdrum in aliis & aliis signis accipere plurimã & non plurimã distãtiam,qm̃ dixit,eo ꝙ possit ꝓpe exñtium fieri peripheria maxia,& ualde longe entium minor: non itelligens ꝙ nihil sibi ꝓdesset sic supponenti Aristo.ꝓponente oñdere: ꝙ ab ultimis semicirculi oppositi motus si ut cõtrarii accipiuntur,tanq; à locis plurimũ distantibus ꝙ tanq in diametro sumũtur. Alexan.ergo uolens ostẽdere ꝙ super eadem signa possibile sit circũscribere & maiores & minores peripherias,ex superabundãti ut in aliis & aliis signis fecit sermonẽ,dicens posse & ꝓpe existẽtibus ultimis fieri,peripheriã intermediam maximã & ualde,multũ distantibus,minorem.Si aũt in diuersis possibile,palã ꝙ multo magis in eisdem:qđ non intelligẽs iste multos extendit sermones,oñdens ꝙ in alia & alia magnitudine non est mirabile ꝓpinquiora qdem plurimũ ab inuicẽ distare, remotiora aũt non plurimũ. Quãuis in eisdẽ aũt/ait/signis uelut a/b/& maximã circũscribamus pipheriã & minimã nõ accidet signa a/b/& plurimũ distare, ꝓpter maiorẽ peripheriã,& minus ꝓpter minorẽ. Si enim cõpleãtur/ait/duorũ circulorum reliquę peripherię,non amplius a/b/signa duo erũt,sed q̃tuor.aliã enim habitudinẽ habẽt adinuicem in utroq; circulorũ:hæc dicens ipsis uerbis,nõne manifestus est,non intelligens q̃ dicanẽ, & solum uerba uana euomens:q̃ enim opportunitas est,in his q̃ dicit distantiarũ a/b/signorũ,quę eadem actu manent sibi inuicẽ,alia quidẽ est,ea q̃ super maiorem periphertã,alia ea q̃ sup minorem,& alia ea q̃ super intermediã ipsarum rectã.eatenus qdem determinata est semp distãtia,quia à determinata recta mensuraẽ.una eni & minima est eadem ultima hñs linea.illæ aũt quæ ſm peripheriã indeterminatæ sunt,qa multæ & inęq̃les peripheriæ possunt eadẽ ultima hẽe. Et ꝓpter hoc non est possibile,plurimã cõtrariorum distãtiam determinatã exñtem peripheriis determinari,sed recta solum. Non intelligens aũt iste quomõ dicĩ per rectã,mẽsurari distãtiam,& quia ſm rectam habet positionem,ut media extremis supponãtur,sed putãs quod ꝓpter hoc dicĩ super rectã, quia q̃ extrinsecus apponitur distãtiæ recta,facit ipsam rectã,fallitur. Vnde/ait/Alexan.non ẽẽ in circulo plurimũ abinuicem distantia signa,si non recta oĩs distantia mensuraẽ omni mensura,exhibente ei qđ mensuraẽ cognosci solũ.sed non ita se habet,ut natura sua p mensurã cognoscatur. palã enim ꝙ per eẽ rectã distãtiam rectæ mensuræ adaptaẽ.Non tñ Alexãder ad extrinsecus appositã mẽsuram aspexit, sed ad hoc quod quidẽ quãdoq; recta positione distantia determinaẽ,quãdoq; aũt peripheriali exñte, distantia indeterminata est.Proponens aũt & quartũ argumentũ,qđ ostendit,ꝙ etsi in uno circulo duos motus aliquis accipiat,hũc qdem a/b/ad z/p semicirculũ/i/hunc autẽ a/z/ad e/per semicirculũ t/neq; hi contrarii motus sunt,quia non à ɔtrariis locis,non.n.determinatã habẽtibus distãtiam, bonus iste cõfisus fuit,sic in suis uerbis uane dictis,ut dixerit ꝙ si per eadẽ argumenta cum p̃cedentibus,& hoc cõcluditur,nihil oportebit nos cõtra hoc dicere, cum iam ad sermonẽ p̃cedentẽ ſm posse obuiauerim.

¶ Deinde q̃rebat aduersus Themistiũ dicẽtem ꝙ eadem dicit his q̃ in rõne prima.s.his quæ de his q̃ mouentur super unũ semicirculũ,&/ait/ꝙ non,ꝑ easdem suppõnes ista ratio cum p̃cedenti cõcludiẽ. illa enim inquit,in uno & eodem semicirculo,ècõtrario inuicem motus factos supponebat.hæc aũt non in eodem,sed unũ in circulo accipit motũ,diuisum ſcđm motũ, semicirculorũ, merito igiẽ/ait/ hi motus,non sunt cõtrarii,unus enim est in circulo si ambo accipiant unionem.Neq; enim ab ortu ad occasum motus in alio hemisphærio,uelut in eo ꝙ super terrã, cõtrarius est ei, qui est ab occasu ad ortum in reliquo.s.eo quod est sub terra.nõ ergo, eadem est ista ratio cum p̃cedente:& ꝙ quidẽ ut in uno circulo facti motus nõ sunt ɔtrarii,potuit cõspicere.Quod aũt duæ sint rõnes una q̃ duos semicirculos coniunctos supponit,& super ipsos motus,similr̃ cum p̃cedente theoremte solum contrarios dicens,quãdo ut super diametrũ quatenus distant ab inuicẽ signa e/z/facti cõsideranẽ. Alteram autẽ rõnũ ſm cõcessionẽ dans & hos sup semicirculos cõtrarios supponi itulit. sed nũquid q̃ super totum circulũ fiunt lationes inuicẽ,cõtrariæ sunt? Iste aũt hic putauit solã rõnẽ eã esse, q̃ sup circulũ dicit nõ esse cõtrarios motus,& nescio qũo etiam huic seorsum contradictiones cõposuit.Fortè autẽ contentus fuit cõtradictione aduersus Themistiũ dicẽtem/ꝙ eadem dicit his quæ in rõne præcedẽti. Et qdem etiã Aristo.(ut existimo)per hoc qđ dicit similr̃,insinuãte planè ꝙ ſcđm argumẽtum præcedens,& hoc ꝓcedit,quod sup duos semicirculos,& Themistio in paraphrasi separante rationes,& in priori qdem dicente,ꝙ eadem dicit cũ his quæ in rõne præcedente.In secũda autẽ rõne,& si cõcedat aliquis/ait/lationes quę super semicirculos cõtrarias esse,sed non eã quæ sup totum circulũ,de q̃ est

ſermo,concedet utiq; quis partiri ut in cõtrarias.qualiter aũt in hypotheſim duorũ ſemicirculorũ ꝓceſſit ratio Ariſtoteli,dictũ eſt in expõnibus argumentationũ.non malum eſt aũt & nunc rememorari.primum igiť argumẽtum oſtẽdentiũ,ꝙ circulari motui nõ eſt ɔtrarius motus,uniuerſalius ab eo qđ magis arguit dicens,ſiqdem cõtrarius aliquis motus eſt,eũ qui ſuper rectã/max.me neceſſariũ eſt cõtrariũ eſſe ad circularem motũ:qui autẽ ſuper rectas,inuicem opponunť ꝓpter loca.ſcđm aũt oſtẽdit,ꝙ qui ſup cõtingentẽ peripheriã ẽconuerſo facti motus,nõ ſunt cõtrarii ꝓpter infinitas eſſe circa eadẽ ultima peripherias.Tertium aũt ſuper determinatã peripheriã ſemicirculi hypotheſim faciens, eadẽ concludit.Quartũ aũt duos ſemicirculos ſupponens cõiunctos & in his eadẽ accidere/ait/poſtq̃ autem cõcluſit hæc tãquã exiſtentia extra ꝓblema,in circulo uult hoc ɔſiderare:erat.n. problema ꝙ circulari motui nõ eſt cõtrarius motus:ſi autẽ hæc uera dico(ut exiſtimo)reliquũ eſt ɔſpicere ꝙ uir iſte,neq; intentionẽ uerborũ Ariſto.intelligit,neq; dicta expoſitorũ apphẽdit.Sed & ſuper quintũ argumẽtum reuiuificatus dicẽs,duos ſuper eũdẽ circulũ motus ab eodẽ qdem ſigno,ad idem aũt ẽconuerſo factos,eo ꝙ hoc qdem moueať ab a/per ſemicirculũ b/ad a.aliud autem ab a/per alterũ ſemicirculum g/ad idem rurſum a/& hos oſtẽdens nõ eſſe cõtrarios,qa hi qdem ex eodẽ in idẽ ſunt,cõtrarii autẽ motus fiũt ex cõtrario in ɔtrarium,expendẽs ut uideť ſuas cõtradictiones,& anguſtiatus nũc inſtat aduerſus hos,motus illos cõtrarios eſſe uniuerſalr qui à cõtrariis locis.Et qdem & in aliis argumentis Ariſto.uſo hac dignitate,& ꝓpter hoc nolente circulari motui eẽ cõtrariũ motũ,ꝓpter nõ eẽ in circulo plurimũ ab inuicẽ diſtantia loca,niſi ſm diametrũ determineť.Dicit igiť iſte,ꝙ differentiũ ſpecie/diuerſæ ſunt & cõtrarietates.nõ ergo ſi qui ſm rectã ſunt cõtrarii motus,à cõtrariis ſunt locis, iam & circulares cõtrarios ſic eſſe neceſſe eſt.Si.n.q̃cũq;/ait/exiſtunt his qui ſm rectã motibus,tãta & his qui ſcđm circulũ fiunt exegerint,accidet,neq; prorſus motũ eſſe circularem,ois.n.ait/ſm rectam motus trãſmutatio eſt ab aliquo in aliqd.naturales aũt & ſimplices motus & ex cõtrario in cõtrariũ, quæ.n.ſurſum tẽdit leuiũ latio,puta ignis, deſubtus ſurſum fit,cõtrariũ autem qđ ſurſum ei quod deorſum,& grauiũ ẽcontra,& in eo qđ ſm quãtitatẽ,etiã & in eo qđ ſm qualitatẽ motu ex alio ſemp in aliud tranſit quod moueť.Si igitur omnis motus ex cõtrario in contrarium,aut ſimplr ex alio in aliud,nullus autem circularis eſt ex alio in aliud,ſed ab eodem in idẽ,neq; ergo motus erit qui circularis.Et quid oportet multa dictorum huius ꝓponere,& nugas quæ in ipſis ad ipſum replicare? ſed & in his & in ſequẽtibus ab ipſo dictis attẽdere oportet,primo qdẽ,ꝙ circulari motui planẽ confiteť nõ eſſe cõtrariũ motũ,ut ex cõtrariis locis.Cõtraria aũt loca ſunt q̃ plurimũ diſtãt.& tñ tantos prius extendens ſermones in oſtendendo ꝙ plurimũ abinuicem diſtãt in circulo partes ſm diametrum,& hæc ſcribẽs in.22.cap.quinti libri his uerbis.Plurimũ igiť ultimis ſemicirculi diſtãtibus & motus ab ipſis ẽcõtrario factos,neceſſe ẽ ɔtrarios eẽ,pp ɔtrariorũ diffõnẽ.Vides igiť qualr ɔſonant his quæ hic dicuntur.ſi igitur omnis motus ex cõtrario etc. Deinde notabimus,ꝙ ex multa ſupabundãtia ꝓpoſitum Ariſtotelis conatur oſtẽdere.ſ.ꝙ circulari motui non ſit cõtrarius motus,ad qđ omnẽ ſuam cõtradictionem cõſtituerat dicẽs. Hoc igitur nobis ꝓponatur oſtendere: ꝙ nulla ratio ꝓbantiũ circulari motui non eſſe cõtrariũ motũ,ſana exiſtit.ſi enim nullus motus circularis ut dicit eſt ex cõtrario in cõtrarium, neq; omnino ex alio in aliud.hoc enim eſt ſup effoſſa ſaltare ſm ꝓuerbium. nam neq; ex alio in aliud multo magis neq; ex cõtrario in cõtrarium. palã eſt ꝙ ſupponenti cõtrariũ motum ex cõtrariis locis,quod quidẽ & iſte prius cõceſſit dicens,ꝓpter diffinitionẽ cõtrariorum, ex neceſſitate ſequitur circulari motui,non eſſe cõtrariũ motum.¶ Tertio aũt attentione dignũ,qualr ingenioſe cõſiderat in circulari motu non eſſe tranſitũ ex alio in aliud quoniã ab eodẽ in idem fit circulatio. & quidẽ ſi non eſſet ex alio in aliud ſemp appropinquãs tranſitio, neq; motus utiq; eſſet, ſed & hoc utiq; quis mirabitur de ſtoliditate ipſius, q̃liter ut incõueniens inducit Ariſtoteli, neq; motũ ꝓrſus circularem dicere,ſi omnis motus/ait/eſt ex cõtrario in cõtrarium,& quidẽ ad hũc Ariſtoteles inſtat ſermonẽ oſtẽdens,ꝙ circulari motui non eſt cõtrarius motus,cõtrario motu diffinito,eo qui fit à cõtrariis locis. qualiter igitur qui hæc dicit: omnẽ motum dicet eſſe ex cõtrario in cõtrarium? Sed qđ circulari motui non ſit cõtrarius motus,ut ex cõtrariis locis, planẽ iſte cõceſſit,& cauſam dicit, qa eſt ex eodem in idem.Hoc enim/ait/eſt omnis circulationis ꝓprium.qđ autem q ſm alium modũ cõtrarietatis circulari motui dicit aliquid ɔtrariũ, non ad rationẽ Ariſtotelis inſtat, non ppendit iſte,ſed neq; uidetur recordari,ꝓpter quid ꝓpoſuit oſtendere Ariſtoteles ꝙ circulari motui nõ eſt ɔtrarius motus. Oportet igitur memorari,ꝙ duæ acceptæ fuerunt ꝓpoſitiones,ad ꝓbandum coelũ ingenitũ eſſe,& incorruptibile. maior quidẽ dicens. quia qđ generatur & corrũpitur cõtrariũ habere neceſſe eſt ex quo generetur & in qđ corrũpatur.alia aũt:qđ coelũ hoc eſt ꝙ circulariter mouetur corpus,nõ habet cõtrarium.¶ Ad huius itaq; oſtenſionẽ aſſumpta eſt alia ratio talis:ſi cõtrariorũ & lationes cõtrariæ,cuius lationi non eſt cõtraria latio/hoc neq; ipſum habet aliquid cõtrariũ. Propter hoc igitur

opportunũ fuit oſtendere ꝗ circulari lationi nõ eſt cõtraria latio,& modũ cõtrarietatis quẽ negat ip
ſe,manifeſtauit in qnto argumẽto dicens.Lationis autẽ cõtrarietates ſunt ſm cõtrarietates locorũ.&
hoc merito quia ex cõtrariis locis,cõtrarias habent inclinationes, hæc quidẽ grauia cũ ſint, hæc autẽ
leuia.His autẽ q̃litatibus & actiuæ & paſſiuæ q̃litates cõcurrunt,caliditates/frigiditates/ſiccitates/hu
miditates,& omnes ſm quas inuicẽ tranſmutationes/& generationes/& corruptiones corporũ perfi·
ciuntur.q̃re ſic oppoſiti motus, ut non à cõtrariis locis, ſed ſolũ ècõuerſo facti,ut motus planetarũ
& firmamenti.nam hos uult iſte dicere cõtrarios, nihil ad rõnem ſunt, qa non à cõtrariis locis ſunt,
quod quidẽ & iſte cõcedit dicens Nullus autẽ circulariũ eſt ex alio in aliud,ſed ab eodẽ in idẽ. Tales
autem motus nullatenus uult Ariſtoteles uocare cõtrarios,ſed & diſcernit ipſos à cõtrariis,dicens in
quinto argumẽto. At uero neq ab a/ad b/circulatio ɔtraria ei q̃ ab a/ad g.ex eodẽ enim in idẽ eſt mo/
tus,cõtraria aũt determinata ſunt eſſe ex cõtrario in cõtrariũ. Et iſte aliã ſpeciem cõtrarietatis dixit
circulariũ motuum aliã eorum qui ſup recta fiunt.per uerba quæ hic ꝓpoſui,& in principio ſolutio
nis argumẽti ſexti,ubi ſic dicit, ſcribens.ꝗ igitur diuerſis cõſeſſe exiſtentibus, motu qui ſuper rectã
& circulari:diuerſas quoq ɔtrarietates eſſe neceſſe eſt,dictũ eſt/ait.Prorſus aũt ſi uis uerborũ inepti/
tudinem dictorũ ab iſto uidere,& ꝗ ſolũ intendebat cõtradicere,ad omne dictũ q̃lecũq eſſet: audi q̃
hic dicuntur. ubi ait.Alia ſpecies cõtrarietatis motibus ſm rectã ineſt, alia circularibus,& audi dicta
in his,quæ aduerſus primũ obiicit argumẽtũ,in qbus uult circularẽ motum magis opponi ei qui fit
ſm rectam,q̃ eos qui ſuper rectã inuicem,ꝗ ſi diuerſæ ſpecies motuũ eſſent,nõ prorſus circularis ad
eum qui ſuper rectã opponeret,ſed ibi quidẽ hæc ſcripſit.Forſitã aũt quis rõnabilius circularẽ motũ
magis cõtrarium eſſe ei qui ſuper rectã concedet, q̃ eum qui ſurſum & deorſum inter ſe ſint hic aiit
hæc ſcripſit.Neq ergo quęcũq his qui ſm rectã cõtrariis inſunt motibus, hæc his qui in circulo cõ/
trariis inſunt. Aliis enim exiſtentibus ſpẽbus motus,& utriq ſpeciei cõtrarietates quæcũq fuerint,
neceſſe eſt alias eſſe, ſicut uidelicet color & ſapor, ambo quidẽ q̃litates,ſed quoniã ſunt ſpecies horũ
diuerſæ, & in ſpeciebus his cõtrarietates diuerſæ. Et tamẽ ſi circularis ei qui ſup rectã cõtrarius eſt
(ut prius dixit) unã & eãdem ɔtrarietatem eſſe amborũ intermediã neceſſe eſt. Rurſus quoq dicto
rum hic oblitus,in ſequentibus/ait.quid ꝓhibens eſt motũ ſuper rectã ſm genus cõtrarium eſſe cir/
culari? ſic autẽ & albũ cõtrarium dicet dulci. ſimilr̃ dicens differre circularem motũ ab eo qui ſuper
recta,ut à colore ſaporẽ.qualia aũt & hic garrit,ut enim/ait/in motibus qui ſup rectã cõtrariis oppu/
gnatio cõtrariorũ fit,qa utuntur ultimis ꝑmutatim. qđ enim leuibus eſt principiũ, hoc grauibus fit
ultimum,ſic & in circularibus motibus.Cõe enĩ eſt qđ ab eodẽ in idem,oppugnatio aũt cõtrariis fit,
à quo enim alter inchoat,ad hoc reliquo finis. Nam duobus/ait/ab ariete incipiẽtibus motibus hic
quidẽ extra,ut ad antecedentia arietis fertur ad piſces & aquariũ & reliq̃.hic aũt intus ad ſequentia,
taurum dico & geminos.& qđ quidẽ id quod eſt extra poſt arietẽ,ſicut principiũ motus fecit,piſces:
hoc ultimũ planetæ faciunt:qđ autẽ planetæ poſt arietẽ principiũ habuerũt taurũ dico,hoc firmamẽ
to ultimũ exiſtit.Attende igitur primo quidẽ ꝗ duos dicens ab ariete incipere motus rurſum hunc
ut à piſcibus inchoantẽ,hunc autẽ ut à tauro/ait.deinde,cũ dixiſſet ſæpe,ꝗ cõmune eſt oĩbus circula
ribus motibus,ꝗ ab eodẽ in idem,nõ attendit ꝗ cõtinuo exiſtente motu,neq principiũ,neq ultimũ
eſt accipere ipſius,qa omne ſignũ & finis & principiũ eſt ipſi.qualr̃ igitur piſces uel Taurus,huius q/
dem principiũ,huius autẽ finis erunt, ſimilr̃ ambobus ſe habentibus ad utrũq? qualis autẽ & oppu
gnatio horũ motuũ? quæ enim ſuper rectã cõtramouent, ueluti à cõtrariis locis ꝓcedentia, ſm cõ/
trarias q̃litates obuiãtia,pugnant:cõtendentia trãſmutare in ſeipſa oppoſita,& uiã facile ſolubilẽ ſibi/
ipſis ꝑparare.firmamẽti aũt ad planetas quę poteſt eſſe pugna cũ neq obuient inuicẽ motus,neq im/
pedit inuicem motus, neq habeant has q̃litates actiuas & paſſiuas, neq apta ſint trãſmutari inuicẽ?
Si aũt aliquis deſiderat addiſcere neceſſitatẽ, q̃re fiunt ècõtrario huiuſmodi motus cœleſtiũ circulo/
rum,dicet quidẽ & Ariſtoteles inferius, dicam autẽ & ego qđ occurrerit ad explicationẽ locorũ illo/
rum.nunc autẽ tantũ hoc dicam ꝗ cõtinet harmoniã totius mũdi,& exhibet cauſam indeficientis ge
nerationis & corruptiõis omniũ eorũ quæ ſub luna ſunt.¶ Sed ſi uidetur,& dicta ab hoc cõtra ſextũ
ut iſte ait/argumentũ ꝓpulſemus. primo quidẽ ꝗ neq ad hoc attendit ꝗ eſt quinti argumẽti pars.
ſiquidẽ Alexãdro dicente:ꝗ hoc argumentũ ex abũdãti eſt,& qdem ipſius uniuerſalr̃ totũ intellectũ,
ut mihi poſſibile fuit,explanaui,Ariſtotelis literã exponens.neceſſe aũt eſt & nũc aliquorũ dictorum
ibi recordari.qa poſtq̃ oſtendit motus qui ſup peripheriã & eos qui ſuper ſemicirculũ unũ & eos qui
ſuper duos ſemicirculos ècõtrario factos, non eſſe cõtrarios ad ipm,iam ꝓpoſitum ueniens, ꝗ neq
qui ſuper totũ circulum ècõtrario fiunt,cõtrarii ſunt, ꝓpoſuit oſtendere. Et cũ oſtẽdiſſet ipm prius
à diffinitione cõtrariorũ motuũ, nunc idem per deductionẽ ad impoſſe oſtendit.& hæc non oportet
bis dicere paulo ante dicta,ſed illis occurrentẽ addiſcere ꝗ deductionẽ harũ rationũ ignorauit iſte.

Et sextum argumentũ hoc putauit quintę suppositionis exquirẽtis super unũ circulũ motus ècõtrario factos alterũ modum existem eiusdem demõstrationis. Inclamat aũt iste, ppter quid sup unũ circulum supposuit motũ contrariũ, & nou super duos, ut in firmamẽto & planetis. siqdẽ de cœlo quęrit & /ait/ Ari. sentientem uilitatẽ argumẽti ppositi, tẽtasse auxiliari ratione, uolentẽ /ait/ motus qui super rectã cõtrarios esse ppter fieri à cõtrariis in cõtraria loca, & si nõ super unã & candẽ rectã fiant, nihilominus cõtrarios esse, circulares aũt & ècõtrario factos, siqdem contrarii fuerint, super unũ fieri circulum: irrõnabilissimũ. n. ait/ esse motum qui fit super aliũ circulũ cõtrariũ esse, ei qui sup aliũ, non apponens neq; pbans ppter quã rõnem. Et qđ quidẽ Alexã. non bene cõuitiaẽ, palã est si obseruemus diffinitionẽ cõtrariorũ motuum, dicẽtem cõtrarios esse motus, qui ex cõtrariis locis. Si autẽ dicit hanc qdem diffinitionẽ esse cõtrariorũ qui sup rectam, aliã aũt eorum qui fm circulum, obliuiscitur iterũ intẽtionis demõstrationis, qa cõtrarios motus dicit eos, qui oppugnãt inuicẽ, & q trãsmutantur inuicẽ, hi autẽ sunt qui fm actiuas & passiuas qlitates opponunẽ, quibus & grauitates & leuitates cõsequũtur, fm quæ fiũt cõtrarii fm locũ naturaliũ corporũ motus. graue igiẽ est leui cõtrarium, & calidũ frigido, & ex cõtrariis mota locis, quãuis super aliã & aliã rectã moueanẽ, specie cõtraria sunt, nã & frigidus locus hic calido Romæ cõtrarius est, qa talẽ hñt naturã, ut ɔgrediẽtia se oppugnent & trãsmutenẽ inuicẽ. Si aũt euidẽtius cõtrarietas appareat, quãdo sup eãdem rectã accipiũtur, acceptare magis oportet Aristo. sumẽtem quæ mouenẽ ècõtrario super unũ circulum: si. n. inerat ipsis cõtrarietas, magis utiq; apparet in motibus sup unũ circulum. quare si iu duobus conatus fuisset ostendere/ magis suspectus esset, sed oportebat/ ait/ naturali existente, pposita de cœlo theoria in firmamẽto & planetis ostendere q; nõ sunt ipsorũ motus cõtrarii. Quare/ ait/ extra intẽtionem cecidit/ alterum aliqd, & non qđ q̃rebatur/ demõstrans. Et iterũ dignũ est attẽdere, q̃ stolide iste postulat Aristo. qui euidentissime, & cęco, ut aiunt, ostendit nã qđ non sunt cõtrarii motus firmamenti & planetarũ, fm hanc maxime cõtrarietatis spẽm, fm quã quæ cõtrarie mouenẽ, cõtraria entia trãsmutari in seinuicem nata sunt, palã est ex ipsis uisis: in toto. n. præterito tẽpore nõ apparent trãsmutata in seinuicẽ horũ corpora, quãuis se cõtingentia inuicem. Deinde neq; ex cõtrariis locis in ɔtraria sunt motus horum, sicut & iste confiteẽ: si. n. omnis circularis motus ex eodẽ in idem, & omne signũ est principiũ et finis motus, quæ põt esse cõtrarietas locorũ in diuersis circulis? Adhuc aũt si cõtrarię dicunẽ moueri q̃dam, quãdo à quocũq; loco alterũ inchoat, ad illud alterũ definit, & est uterq; locorũ alteri qdem pręter naturã, alteri uero fm naturã, neq; uero firmamẽtum à loco planetarũ aut ad illũ moueẽ, neq; planetę à loco firmamenti, aut ad illum, neq; est aliquis locus, huic qdem fm naturã, huic autem pter naturã, quonã pacto cõtrarius erit horũ motus? Totaliter aũt utriusq; ipsarũ hemisphęriũ qđ sup terram, silr moueẽ cum eo qđ ab altera pte moueẽ, siqs aũt hãc ipsam ɔtrarietatẽ uult uocare, nõ de hac sermo est Aristoteli, sed de illa q̃ est trãsmutãtiũ iuicẽ. Hęc. n. sunt q̃ actiuis & passiuis qlitatibus ɔtrarianẽ inuicẽ, qbus sequunẽ cõtrarię corporũ iclinatiões, ɔtradiuisę cõtrarietatibus locorũ, pp quod & Aristoteles à diffinitione motuũ sic cõtrariorum fm loca demõstrationes sæpe facit. Qualr aũt quis diceret motum planetarũ contrarium ad motum firmamẽti, siquidem contrarios ęquepotentes esse oportet quãtum fieri põt, & eum qui alteri inest fm naturã, reliquo pter naturã inesse. firmamẽtum autem sic pręualet planetis ut eos in quanto tẽpore facit circulationem quæ uideẽ ppria, plurimis qbuscũq; circũferat, sed neq; pter naturam circũferũtur cum firmamẽto planetæ: nõ. n. manerẽt in sua perfectione tot seculis pter naturam motis, sed supra naturã motus hic inditus replet ipsos pfectiori uita, & cõpendiosiori trãsumptione boni. Vniuersalr autẽ pter naturam ille diciẽ motus, qui ei q̃ fm naturam eiusdem circulationis opponiẽ, & qui inest fm naturã cõtrario eiusdẽ ordinis existẽte, propter hoc. n. motus sursum est terræ pter naturam, qa cõtrario ipsi. s. igni, fm naturã inest. Palã igitur (ut existimo) ex dictis q; bene Aristoteles nõ in his ostendit q; circulari motui nõ est ɔtrarius motus, in quibus euidẽs erat, q; nulla trãsmutatio inuicẽ aliquando existit. sed si quis totalr contrarius talis motus eẽt circulari cœli motui, ut deberẽt quæ mouenẽ trãsmutari inuicẽ, necessariũ erat coincidere inuicem aliquãdo, coinciderẽt aũt quæ super eũdem circulũ mouenẽ, & nõ super alium & aliũ: si. n. & super alium aliquãdo, ut & quæ iu alia & alia recta, non phibenẽ contrarie moueri q̃ sunt specie contraria, sed ea quæ sup recta mouenẽ, magis insinuãt cõtrarietatem, sic si erat contrarius aliqs motus circulari motui, magis super eodẽ circulo appareret. quãobrem si quæ super uno circulo mouẽtur cõtrarie, ostẽdantur non cõtrariis motibus mota, multo magis & euidẽtius erit ostẽsum q; qui super diuersos circulos ècõtrario fiũt motus, non sunt contrarii. Sed & hoc sufficientenus dixit iste, q; sicut in motibus super recta, qđ sursum signum, est leuium finis, principiũ autẽ est grauiũ, qđ autẽ deorsum èconuerso, sic & in his qui fm circulum, quãuis eodem signo & pro pricipio utanẽ & fine, sed fm habitudinem aliã & aliam: huius enim est principiũ qđ ut ad antecedẽtia, huius autem qđ ut

cõfessum accepit q̃ Saturni sphæra tardius q̃ quæ sub ipsa mouet̃, cognoscat nõ modis oĩbus hoc sic se habere. possibile enim erat magnitudinis excessum multũ existentẽ, & si uelocius mouetur q̃ quæ sub ipsa, tardiorẽ reditũ facere. quoniã aũt & tale aliquid apposuit, q̃ si nõ naturaliter coeleste corpus circulari motu mouet̃, sed ab anima ut in animalibus, aut ab aliq̃ alia uirtute superiori, neq; qđ genitum, neq; quod ingenitũ est coelũ, ex motu ipsius est possibile syllogizari, & Aristotelẽ pro teste inducit in octauo de naturali auditu dicẽtem ex superiori causa moueri coelũ: manifestus est nõ intelligens q̃ possibile est eundẽ motũ à diuersis causis perfici, & aliter quidẽ à natura circulo ferri coeleste corpus, ut naturale. aliter aũt ab anima, ut animatũ, & aliter rursus ab itellectu ut intellectũ habẽs. Et ab intellectu quidẽ imobili existente, imobilem & indeficientẽ, & semp s̃m eadem & eodẽ modo perfectionẽ motus suscipit. ab anima aũt s̃m trãsitiuas illius intelligentias: semp in fine alias aliter per mutabiles motus assumpsit, s̃m suipsius autẽ naturã coelũ habet posse agere sub æ tali cõgruas operationes, quarũ una est circulatio cõueniens simplicitati. & palã est q̃ s̃m naturalẽ idoneitatem & q̃ ab intellectu, & q̃ ab anima bona ꝑueniunt. non enim põt intellectũ habere, nisi prius animatũ sit: intellectum. n. sine aĩa ĩpossibile est ꝑuenire alicui, ait Plato. neq; aĩam sine natura. ꝑpter qđ & Arist. aĩam ait esse entelechiã corporis nõ cuiuscũq;, sed naturalis corporis. quare & si aĩatum & intellectũ habens coelũ, nõ ꝓhibet̃ & naturale esse, magis autem necesse est naturale existẽs & aĩa participare, et intellectu. q̃re & circulationem q̃uis ab anima habeat & intellectu, tamẽ adhuc prius à natura. & erat quidem (ut existimo) possibile, & forte facilius, & ut ab anima, & ut ab intellectu circulatione existente, ex ipsa demonstrari æternitatem coeli, nam & ostensa est æterna eius circulatio in. 8. physicæ s̃m imobilis causæ deriuationẽ: in his autẽ Aristoteles ut à naturali motu æternitatẽ ꝓposuit ostẽdere. unde per exẽptam ab his quæ sub luna sunt hypostasim, æternitatem & excellẽtiã coeli ostendere uoluit: sed iste putat & has soluisse rõnes ostendẽtes circulari motui nõ esse contrariũ motum, & rõnes dicentes in physica, quæ generant̃ ex cõtrariis generari, & quæ corrũpunt̃ in contraria corrũpi, & trophæũ aliqđ sibi posuisse hoc libro deridendo aduersus æternitatem coeli. si autẽ uideat̃ sæpe nõ intelligens dicta ab Aristo. & ab expositoribus ipsius, ubiq; autẽ insaniens quodãmõ & uanam gliam sibi ipsi acqrere maiorem ex cõtradictione aduersus gloriosos in p̃hia uiros. Sed iste qdem ponat̃ cũ piscibus in brutalitatis ponto demersus. iaceat autẽ & cũ illo quem aiunt abiectũ & uolentem isignẽ fieri, templũ Ephesiæ Dianæ incendisse. nam corruptionem coeli s̃m omnem modũ statuere concupiscens, ut nominatus fiat, si aliquã uirtutem habuit ꝑpter adipisci id qđ intẽdebat & corruptionem coeli cõtigit. Nos autẽ dulcibus iã aquis hunc salsum auditũ oportet abluere & trãsire ad ea q̃ deinceps Aristo. Q̃m autem & quæ in. 8. de naturali auditu æternam circulationẽ ostendũt, conat̃ iste argnere, & ad adamãtinas uiri ꝓbationes æternitatis mundi obuiare, nũc quidem dimittant̃ interim illa: nam quæ in negocio de coelo ab Aristo. demõstrata sunt, uolens & ab hac noua garrulitate incõcussa manẽtia ostẽdere uolentibus addiscere, ad hãc distractus sum ꝓlixitatẽ. Si aũt aliquãdo uisum fuerit, & reliqua dictorũ ab isto discutere, ab alio principio faciam disquisitionem ipsorum.

Sed quoniã manifestum est de his, & de reliquis cõsiderandum & primo vtrũ sit aliquod corpus infinitum. quẽadmodum plurimi antiquorũ Phorum putauerunt. An hoc sit vnũ aliquod impossibile. Sic enim aut illo modo se habere, nõ aliquod modicũ, sed totũ differre facit & omne, ad eam quæ est de veritate speculationẽ. ferè enim hoc est omniũ principiũ cõtradictionum enũtiantibus aliquid de tota natura. & fuit & erit. siquidẽ qui modicũ transgressus fuerit à veritate discedens, fit longius plus decies millies, puta siquis minimã esse aliquã dicat magnitudinẽ, sic enim minimũ introducens, maxima vtiq; ammouebit mathematicorũ huius autẽ causa, q̃a principiũ virtute maius q̃ magnitudine. Quapropter id q̃d est in principio modicũ in fine fit ualde magnũ. infinitũ autẽ, principii habet uirtutem. & quanti, maximã. itaq; nihil incõueniens neq; irrationabile mirabilẽ esse differentiã ex eo quod sumitur, q̃ est aliquod corpus infinitum propter quod de ipso dicendum à principio resumentibus.

Alexãder ꝓpositum esse ait de toto mũdo q̃rere utrum infinitus sit, an finitus. nã & in principio Com.37.
hoc proponẽs distulit quãdo dixit. De uniuersi igit̃ natura siue infinitũ est s̃m magnitudinẽ, siuẽ finitum est s̃m totam molem, posterius cõsiderandũ. ostendit aũt finitatem ipsius ex eo q̃ nullũ simplicium ex q̃bus cõstitutũ est, infinitũ est. quoniam autẽ nõ poterat de quinto corpore ostendere, qđ non est infinitũ nõ dicto prius de substãtia ipsius, & ostenso q̃ est aliquod quintũ corpus, ꝑpter hoc post illas rõnes ad ꝓpositum ueniẽs ostẽdit q̃ magnitudine finita sunt q̃nque simplicia corpora. nã in ueritatẽ ꝓostenso ex motibus q̃ numero finita sunt simplicia, quinque cũ sint, & ostendens nũc q̃

etiam magnitudine/habet persuasum,ꝙ totus mũdus erit finitus magnitudine.sed Alexã.& totum negociũ de toto mũdo principalr̃ putans,cõsequenter & hæc ad totius theoriã suscipit.si autem uere prius dixi,ꝙ de simplicibus corporibus in hoc negocio docere ꝓponit post speculationẽ de principiis,ex quibus naturalia corpora cõstant,& prima & simplicia,& infinitũ etiam & finitũ,principalr̃ quidem de simplicibus elẽtis ꝓponit inquirere,& ostendit ꝙ sunt finita & ſm numerũ,& ſm magnitudinem.cõsequens aũt.s.& totũ mundũ ex his simplicibus consistentem finitũ esse iuste apponit.bene aũt ad uniuersalius reducens sermonẽ,utrũ est/ait/aliqđ infinitum corpus,an est hoc unũ aliqđ impossibilium,ex diuisione necessaria accipiẽs,ꝙ si quod est infinitũ magnitudine corpus, aut simplex aliqđ est,aut cõpositum.Et ostendẽs ꝙ nullũ simpliciũ est infinitũ magnitudine,habens aũt ꝙ & numero finita sunt simplicia corpora,necessario ꝯsequẽs habet ut dixi,ꝙ & cõpositũ totũ finitũ est.primo autem ostẽdit,ꝙ necessaria est naturalis rõ discernẽs,an sit aliquod corpus infinitũ,an nõ.siqdem hęc differentia causa est ferè totius cõtradictionis inter naturales:ꝓpter hãc.n.hi quidem unũ mundum,& finitũ dicebant,quicũqȝ nõ acceptabãt infinitũ in principio,ut Aristo.& Plato.hi autẽ unũ infinitum,ut Anaximenes,aerem infinitũ principiũ esse dicens:hi aũt & multitudine infinitos mũdos, Anaximadrus.n.infinitũ magnitudine principiũ ponẽs,infinitum sic & mũdum dicebat . Democritus uero infinita numero principia ponẽs infinitos multitudine mũdos in infinito uacuo,ex infinitis multitudine atomis/cõstare dicit.Et erit utiqȝ dicens principiũ oĩum contrarietatũ supponi aliqđ infinitũ,uel non supponi,qa mũdi & alias ꝯtrarietates oẽs continet,& etiã ꝓpter hãc dissonãtiã, hi quidem negãt generationem/segregatione subsistere dicẽtes omnia,sicut Anaxagoras,hi aũt ex uno oĩa dicunt fieri ſm excretionem:ut Anaximãdrus & Anaximenes.hi aũt generationẽ esse dicũt,& ex inuicem generationem faciũt alterius generationẽ alterius corruptionem uidẽtes,ut qui finita principia dicũt.Qđ autem uidet̃ in principiis minimi pẽdendũ ꝓcedentibus millecuplũ appareat,& inductione ꝓbauit,& rõne:Inductione qdem,quia Democritus aut quicunqȝ principia supposuit,parua qdã supponẽtes principia & minimas magnitudines ꝓpter maximã uirtutem hr̃e tãquã principia/peccãtes circa ipsa,maxima eorum q̃ in geometria mouerunt.s.magnitudines esse diuisibiles in infinitũ,ꝓpter qđ/& datã rectã in duo secare possibile,& gratiose minimũ neglectum in minimę magnitudinis suppõne ꝓpter habere ut principium maximã uirtutẽ tãq maximorum peccatorũ cãm ostendit.Idẽ autem & p rõnem ꝓbauit cãm apponens:principium.n.ait/uirtute maius est q̃ magnitudine,ꝓpter quod error circa principium qđ uidet̃ paruum uirtute cũ maximum existat ꝓcedentibus magis apparet,& fit ualde magnũ.si igit̃ minima magnitudo in rõne principii male supposita maximorũ peccatorum causa fit,infinita magnitudo in principio male supposita,multo maiorũ malorũ causa fiet. si igit̃ infinitum & ut principium à quibusdã supponit̃,& in principiis quãti q̃ritur,nã cõtinuum & discretum,aut finita & infinita:palã est ꝙ maximã habet uirtutem & plurimã facit differẽtiam in his quæ à principio esse infinitũ uel nõ esse, ꝓpter qđ oportet hoc discernere utrũ sit corpus ĩfinitum,& an nõ sit uniuersi:si enim est,infinitum utiqȝ hoc erit.qđ autẽ principii uirtutem habeat infinitũ,palã.nam inqrens si infinitus mundus est,aut non q̃rit,si principiũ aliquod est finitũ:non.n.impossibile est mundum infinitum esse,nõ existente in principiis infinitate:principia aũt mũdi sunt simplicia corpora,quibus finitis existentibus numero,an & magnitudo finita sit,ostendendum est.

Necesse est itaqȝ omne corpus,aut simpliciũ esse,aut cõpositorũ:quare & infinitũ,aut simplex erit, aut cõpositũ.Sed ꝙ finitis simplicibus,necesse sit finitũ esse cõpositũ/palã est.Ex finitis enim & multitudine & magnitudine cõpositum,finitum est & multitudine & magnitudine.tantũ enim est,ex quãtis est cõpositũ.Restat igitur uidere utrũ cõtingit aliquod simpliciũ infinitũ esse magnitudine,an sit hoc impoßibile.Prius autẽ argumentãtes de primo corporũ,sic intendamus & de reliquis.Quod igitur necesse sit corpus omne quod circunfertur finitum esse,ex his palã erit.

Com̄.38. Præaccepto ꝙ siqdem est infinitũ,necesse est ipm,aut simplex esse,aut compositum,ex eo ꝙ ĩfinitum est corpus,& omne corpus,aut simplex est,aut compositum,præaccepto ẽt ꝙ simplicibus finitis multitudine & magnitudine existentibus & cõpositũ necesse est finitum esse,qa tãtũ erit cõpositũ totum magnitudine,quãta est magnitudo cõponentium simul acceptorũ.Deinde ostẽdẽs ꝙ nullum simplicium possibile est esse infinitum, sed cum manifestum sit, quòd multitudine & magnitudine simplicia finita sint,habet ostensum euidenter ꝙ non est infinitum corpus,neqȝ simplex,neqȝ compositum,quare neqȝ uniuersum infinitum.Primo igitur primum simplicium corporum.s.cœleste tractans,ostendit ꝙ necesse est ipsum esse finitum,& impossibile infinitum ipsum esse.

Si enim

Si enim infinitum est quod circũfertur corpus, infinitæ erunt lineę à medio egredientes. infinitarũ autem, distantia infinita. Infinitã autẽ distantiam dico linearum, cuius nullã est extra sumere magnitudinem tangentem lineas. Hanc igitur necesse est infinitã esse, finitarũ enim erit semper finita.

Quod circulo mobile corpus non sit infinitũ per deductionẽ ad impoſsi ostendit sic. si est infinitũ Com. 39.
magnitudine cœleste corpus, non cõtingit circulo moueri cœlũ. at cœlũ circulo moueť. non ergo est infinitum. Et assumptio qdem manifesta est. s. q cœlum moueť circulariter. & meminit ipsius breuiter per hoc. cœlum aũt uidemus circulo uersum. ɔiunctum aũt ostendit sic. si est īfinitum magnitudine cœleste corpus, īfinitæ erunt lineæ quæ à centro educuntur, secundum longitudinem & spatium intermedium infinitum habebunt eductæ à centro, hoc est intermediam latitudinem. si autem hoc, impertransibilis erit hæc distantia, & nũquàm circulariter circũuoluetur cœlum. quòd autem sint infinitę longitudines q̃ à centro, tanq̃ confessum accepit, euidens existẽs, si infinitũ supponatur magnitudine cœlum. Quod aũt media infinitarũ ſm longitudinẽ distantia infinita erit ostēdit prius explanãs, quãta sit hæc distãtia, quia illa cuius nullã est extra accipere magnitudinẽ tangentem lineas. huius enim intermediæ linearũ latitudinis nullã est extrinsecus accipere ptem tangentẽ ipsas. Interius enim est tota & deintus tangit continentes ipsam lineas. prius enim infinitæ existentes lineę scdm longitudinẽ quo modo habebũt aliqd extra seipsas, tãgens ipsas. quare neq; intermedia extensarum in īfinitum linearũ distãtia habebit ptem aliquã suiipsius extra magnitudinẽ. Attinget enim hęc ultima ſm lineas. & nõ adhuc erũt infinitæ. si igiť infinitæ sunt, hæ intermediæ linearũ distantiæ, ne habeant aliqd extra seipsas: quod aũt in īfinitum extendiť & nihil habet extra seip̄m, palàm q infinitum est, si enim in infinitũ pcedens adhuc finitũ esset, semp haberet aliqd suiipsius extra. Bene igitur propter nullã habere extra suiipsius magnitudinẽ declarauit īntermediã linearũ distantiã in īfinitum procedentẽ, & ostēdit simul intermediarũ linearũ distãtiam infinitã existere. nam infinita, ait, distantia intermedia linearũ existit, finitorũ enim & ipsa finita. Alexãder uero, ait, cuius magnitudinis, nã distãtia magnitudo nulla est, q̃ per extra lineas esse ipsas tangit, sed tangens ipsas & nõ existens extra ipsas intermedia ipsarũ est distantia. Et bene etiam ipse intellexit intermediæ distãtiæ nihil esse extra infinitas lineas. si enim esset aliq̃ ipsius pars extra lineas: mediũ inter ipsam & illã q̃ medias habet lineas, infinitum esse deberet. Verũtamẽ quia Alexãder non ex nihil extra habere putat cõcludi īfinitatem intermediæ distãtiæ, sed ex solo hoc. s. infinitas esse lineas q̃ ex centro. Fortè aũt Aristoteles huic cõsequens accepit: nihil extra esse intermediæ earũ quę ex centro linearũ distantiæ. huic aũt rursum cõsequens est, infinitã esse intermediam linearũ distantiã: cuius enim in īfinitum pcedentis nihil est extra, hoc infinitũ necesse est esse. nam finiti & in īfinitum pcedentis, semper est aliquid extra accipere, euidens aũt intermedias linearũ distantias infinitas esse, & ex eo q augetur intermedia ipsarũ distantia, secundũ proportionem incrementi linearum, propter qđ & finita semper erit, finitarũ, ut ipse Aristoteles, ait, huic autem consequitur non finitarum intermediam, infinitam esse.

Adbuc si est data distantia semper maiorem accipere. quare sicut numerum dicimus infinitum, quia maximus non est, eadem ratio est & de distantia.

Hoc est ostensiuũ huius, q infinita est intermedia linearũ distãtia. magis aũt huius, q in īfinitum Com. 40.
augeatur ipsa, si enim est, data in ipsa magnitudine, semp maiorem ſm latitudinẽ accipere, sicut dato numero, semper maiorẽ, necesse est, ut numerus in īfinitũ augeatur ppter hoc, ita īntermediã linearũ latitudinem ī infinitũ augeri. quod aũt in infinitum augetur, non habet terminũ, infinita est, ergo & impertransibilis. Dupliciter aũt habeť scriptura hæc quidẽ { Adhuc si est. } hæc autẽ. { Adhuc semp est }. & palàm est q planior hæc, incomp̄hensibilis est aũt (ut existimo) prior. palã enim q deest infinitum qđ intermediũ est, ostenso autem q qdem assequiť, huic. s. nihil habere extra quod in īfinitum procedit, & hoc, esse data accipere maiorem, hoc autem data maiorem accipere secundum geometricam dictam consuetudinem habet semper coinsinuatum.

Si igitur infinitũ quidẽ non est pertrãsire, infinito aũt existente, necesse est infinitã esse distantiã, non continget circũmoueri. Cœlum autem uidemus circũuolui, ratione quoq; determinauimus, quia est alicuius circularis motus.

Ostenso q infinita erit latitudo īntermedia linearũ ex centro eductarũ, infinitis & ipsis existẽtibus, Com. 41.
si infinitũ fuerit circulo mobile corpus, inducit, q infinita existente intermedia linearũ distantia, non contingit moueri circulariter. si enim distantia īntermedia duarũ rectarũ ppinquarũ inuicem à cẽtro

acceptarum eſt imptranſibilis,multo magis tota peripheria, cuius [illegible] parua erat accepta diſtantia. Si igitur uidemus circulꝰ reuolutũ quolibet die,palã fit quodcũq; ſignum circuli moti quotidie in peripheria acceptũ fuerit,hoc in circulatione,non unũ ſolum,ſed oĩa intermedia eductarũ ex centro rectarum/ſpatia pertrãſibit. Et ſi infinitũ erat intermediũ duarũ rectarũ, non utiq; illud pertrãſiſſet. ſi igitur infinito exiſtente ſm magnitudinẽ cœleſti corpore,impoſſe eſt,circulo moueri cœlũ,uidetur autem cœlũ circulo circũuolutũ,& ab eodẽ in idem reſtitutum:palã euadit ꝙ impoſſe eſt infinitũ eſſe ſcdm magnitudinem cœli corpus.dicto autẽ ꝙ cœlum uidemus circũuolutũ,& à ſenſu aſſumpti ꝓbabilitatem ſumens,& à ratione/ait/oſtenſum eſſe hoc, illius rõnis rememorans in qua oñdit neceſſarium eſſe aliquod corpus ſimplex,qđ natum ſit ferri circulari motu,ſm ſui naturã. Alexãder autem cõmuniter argumentãs oſtendit,ꝙ nullum corpus,neq; ſimpliciũ,neq; cõpoſitorũ erit infinitum:oẽ enim corpus/ait/ut de ſimplicibus loquens,aut ſpiſſum eſt,aut rarum.nam ſub his differẽtiis oẽ corpus cadit.hæc aũt aut ambo finita,aut ambo infinita,aut hoc qdem ipſorum eſt infinitũ, hoc autẽ finitum.ambo igiť impoſſibile.qđ enim infinitũ eſt oĩquaq; occupat,quare ſi alterum ſit infinitũ,non utiq; erit alterũ,ſed & qđ ex ambobus infinitis cõponitur,aut æquale erit utriq; ipſorum,aut minus utroq;.non enim utiq; minus,ſed ſi maius,infinitũ infinito erit maius,& infinitũ infinito duplum. ſi ambo infinita ſunt,æqualia,duplũ autem & dimidiũ ſunt infinitis, ſi autem ęq̃le eſt utriq; infinitorũ id ꝙ ex ambobus,incõueniens eſt,infinita diſtãtia appoſita alteri nullũ augmentũ factũ eſſe, ubi & ſi minimum corpus addatur corpori, neceſſe eſt totum fieri maius. Adhuc autem/ait/ſi ambo ſimplicia infinita, aut æqualia erunt, aut inæqualia, ſed ſiquidem ęqualia, erunt æqualium menſurarum, menſurata autem ſunt finita,quare non infinita,quare neq; quod ex ipſis infinitum, ſi autẽ inęqualia alterum ipſorum maius erit , & excedens , ſed omne quod excediť ſcdm quod excediť finitũ eſt, quare non ambo infinita. prorſus aũt quo excedit ĩfinitum,aut finitũ neceſſe hoc eſſe aut infinitum, & ſiqdem finitum,& totũ erit finitũ,nam & qđ uſq; ad exceſſum eſt finitũ, finita menſura menſurabitur totũ.ſi aũt exceſſe eſt infinitus:erit pars toti ęq̃lis,& ĩfinitum ĩfinito maius.qđ quidem eſt incõueniens.ſiqdem totum neceſſe eſt,maius eſſe parte.ſi autẽ ambo finita ſunt,& quod ex ipſis erit finitum,ſi autẽ hoc,neq; ſimplex,neq; cõpoſitum erit infinitũ corpus, ſed neq; alterum ipſorũ poſſibile eſt dicere eſſe infinitũ,& quia oĩquaq; cõphendens quod ĩfinitum,nũquã permutabit locũ,& quia ut oſtendit ipſe in tertio de naturali auditu,in mixtura & cõpoſitione abundans alterũ,corrũpit alterum. Si aũt hoc,non utiq; erit cõpoſitum qđ tale eſt,quare neq; mũdus,nam ex elẽtorum compõne mũdus conſtat. Quod autẽ neq; circulare & ſphæricum corpus poſſe eſt ĩfinitum eẽ/Alexãder ita conatur oñdere.circulum.n.aut ſphęrã infinitã nõ eſt poſſibile,ſiqdem circulus eſt cuius ab uno ſigno poſito in medio figuræ oẽs quę ad circũferentiã ꝓtrahunť rectę ſunt æq̃les inuicẽ.quod aũt ęquale, non eſt infinitũ.eadem aũt ratio & in ſphæra. Adhuc qđ non eſt finitũ,non neceſſe eſt ad aliquid terminari.qđ autem ad aliqd terminať,neceſſe eſt finitum eſſe.rectę autẽ ad peripheriã terminãtur,q̃re ſi ſpatium circuli & ſphæræ finitũ eſt,& circulus & ſphæra finita erit.quãtum.n.eſt ſpatiũ ipſorũ,tãti ſunt & hi.Demum aũt infinitũ dicere circulũ aut ſphærã,eſt interimere circulum aut ſphęrã,nam eẽ ipſis in figura eſt eſſe.nulla aũt figura ĩfinita.manifeſtãt autem hoc & diffõnes ipſorũ,adhuc in quo aliquid eſt extremũ & medium,hoc nõ poſſibile eſt infinitũ dicere. Adhuc in quo eſt principium & terminus,hoc nõ eſt infinitũ.in his autem oẽ ſignũ acceptum in peripheria, principium & terminus totius eſt. Adhuc ſi ĩfinitę ſunt q̃ à centro ꝓducunť,ex qbus eſt diameter,aut ambę ĩfinitę erunt,aut ambæ finitæ,aut altera ipſarum,ſed ſiqdem altera ſola ĩfinita,nõ erunt q̃ à centro ꝓdeunt æq̃les,q̃re neq; circulus,neq; ſphæra.ſi autẽ æq̃les quæ à centro/finitũ ĩfinito æq̃le erit,ſi autem ambæ finitæ,& tota diameter finita,& totus circulus & ſphæra.ſi autẽ ambæ ĩfinitæ plura erunt infinita,& ĩfinitum infinito maius & duplũ. Adhuc ſi infinita diameter, nõ erit ipſius mediũ/ſi autẽ non huius,neq; circuli,neq; ſphæræ.ſi autẽ nõ medium/neq; centrũ.ſi autẽ nõ centrum,neq; circulus,neq; ſphęra erit. ¶ Attendendũ eſt aũt/ꝙ Ariſtoteles tãquã nõdum oſtenſo ꝙ cœlũ ſit ſphæricum, noluit tali oſtenſione uti.nam ſi cœlũ oſtendať eſſe ſphæricũ,ſuperfluum eſt adhuc q̃rere, ſi finitum aut infinitum. & prorſus oportebit primo infinitum oſtendere,& ſic de figura inquirere.

Adhuc a' finito tempore ſi auferas finitũ tẽpus,neceſſe eſt reliquũ eſſe finitũ,& habere principiũ ſi autem tempus inceſſus.habet principium, eſt principium & motus, quare & magnitudinis quæ mota eſt. ſimiliter autem hoc & in aliis eſt videre.

Com. 41. Oſtenſum eſt in naturali auditu,ꝙ tempus conſequens eſt motui,motus autẽ magnitudini eius quod moueť,& eius ſuper qđ fit motus, & ꝙ ſi tẽpus fuerit finitum, neceſſe & motũ eſſe finitum,&

magnitudinem

magnitudinem amborũ.s.eius qđ mouetur,& eius sup quod fit motus.neq; enim finita aliq̃ magnitudo infinitã distãtiam,neq; infinita magnitudo finitã distantiã,infinito tpe,pertransibit,sic & hoc ibi ostensum est.Si igitur tẽpus circulationis cœlestis corporis est determinatũ & finitum,& decem horis si contingat factus,& motus ergo & magnitudo determinata sunt,& utrũq; habet principiũ & ultimũ,& ubiq; principio coexistit finis,& fini principiũ,si aũt hoc,non est infinitum qđ circulo mouetur corpus,& si moueaẽ in infinitum.poterat igiẽ & sic ostendere ꝓpositum,sed ipse tãq̃ manifestum ꝑtermisit talẽ inductionem,per deductionem aũt ad impoẽ idem aliqualr̃ ostendit:nunc autẽ infinitum supponens cœlũ cõcludit ꝙ in tẽpore finito ꝑtrãsibit infinitam distãtiam,& ꝙ infinitũ habebit principium,q̃ quidem ambo sunt impoẽa.In sequenti autẽ Theoremate ꝙ īfinitum in tẽpore finito finitã aliquã distãtiam ꝑtransibit,qđ & ipsum est impoẽ.propositũ igiẽ ostendit sic,sumẽs ꝙ tẽpus circulationis cœli finitum existens decẽ horarũ sit,& assumens ꝙ si à finito tempore auferas finitum,necesse sit reliquũ finitum esse,& habere principiũ ſm qđ à toto ablatio facta est:si.n.primã auferens horã,secũdę horæ principiũ,sit principiũ reliqui tẽporis,hoc est reliquarũ horarũ, ut in deambulatione.igiẽ faciens sermonem,si tẽpus/ait/ambulationis ↄtinuum est,& habet principium,ſm qđ ablatum est tẽpus finitum,qđ ante diurnã fortè fuit deambulationem,erit & motus principiũ & magnitudinis eius qđ mouetur:principiũ.n.motus est ſm principiũ eius quæ moueẽ magnitudinis,& eius super quã motus perficiẽ.Simil̃r autẽ hoc/ait/& in aliis motibus,uidelicet & his q̃ mouentur & in tẽpore mensurante motus.si igiẽ principiũ habet tẽpus unius circulationis cœli,ſm qđ ab ipsa ablatio facta est,& motus principiũ habebit,& magnitudo quę moueẽ.nam qđ habet principium & finem habet,& non est infinitum.ꝑpter quid autem quãuis habens euidenter ꝙ tempus circulationis cœli est finitum,non fuit usus toto,sed post ablationem principium habẽte,& finito:addiscemus (ut existimo)ex positione ipsius descripta.

Sit enim linea a/g/e altera parte infinita ubi est/e/ sit etiã linea/b/b/utraq; parte infinita.Si igitur a/g/e linea circulũ describat/g/puncto secans quãdoq; ferretur circa/b/b/lineã,a/g/e linea tempore finito.Omne enim tẽpus in quo latũ est cœlũ, finitum est,ablatũ igitur quo secãs ferebatur.Erit igitur principium aliquod. quo primum,a/g/e/lineam b/b/incidit,sed impoßibile est hoc,non contingit igitur circũuolui infinitum,quare neq; mundum, si erat infinitus.

Duas lineas describit in corpore uniuersi,ipsam qdem a/g/e/hñtem a/apud centrũ,g/aũt circulũ describẽtem in circũuolutione circa centrũ,e/aũt in īfinitũ ꝓcedẽtem cœleste corpus,describit aũt & alteram lineã b/b.non aũt p centrũ,sed extra cẽtrũ, separatã à linea a/g/e/& utraq; pte lineã b/b/īfinitã & īmobilẽ.extra centrũ aũt describit b/b.ut circũmota a/g/e/applicataq; ipsi b/b/simul tota nõ trãseat ipsam,nõ.n.cõcludiẽ si icõueniens.s.imptrãsibilẽ ipsam exñtẽ ptrãsire,sed ut secet paulati ipam. Si igiẽ ait/linea a/g/e/uniuerso circũuoluente circũducaẽ circul̃r,ita ut g/circulũ describat circa centrũ a/palã est ꝙ in illa circulatione a/g/e/in aliquo principio tpis attinget lineã b/b/ſm aliqđ principiũ ipsius,nõ enim e/exceditur a/b.nam a/g/e/sup e/infinita & totã ipsam b/b.secans ꝑtransibit.donec g/ad eundẽ locum restituatur,hoc est/donec a/g/e/circulariter fuerit circũducta.Huius enĩ gratia(ut existimo)circularis descriptio ipsius g/assumpta est.si igiẽ impoẽ infinitã existentẽ & impertrãsibilem b/b/pertrãsire,impossibile est & ipsam a/g/e/infinitã & ipsam existentẽ circulariter circũferri. q̃re neq; g/circulũ describere.q̃re neq; mundũ ex cuius centro prodit a/g/e/si est infinita, circulũ describere possibile est & maxime in tẽpore finito à quo incipit a/g/e/secare lineã b/b/donec restituaẽ.Propter hoc enĩ (ut existimo) à finito tẽpore circũuolutionis, abstulit finitũ tẽpus i/d/donec a/g/e/incipiat secare lineã b/b/ut sectionẽ p hanc,quã supposuit impertrãsibilem, principiũ & finem habere ostendat per circularẽ descriptionem ipsius g/per quã ad idem restitutionẽ ipsius a/g/e/declarauit,& si nõ etiã supponat infinita linea b/b/sed distãtia solũ tamẽ & sic infinita distantiã a/g/e/in tẽpore finito pertrãsibit. quod quidẽ est impossibile,& palã ꝙ impossibile cõsequutũ est eo ꝙ tempus circũuolutionis cœli finitũ esse facile cõspicabile est,cum sit decem horarũ,quod aũt mouetur supponiẽ infinitũ. ¶ Alexan. autẽ/ait/esse q̃ cõcluduntur incõuenientia, hęc.s.in tẽpore finito infinitã distantiã pertransiri. qđ quidẽ significauit per hoc { secans quãdoq; fertur circũ lineã b/b/linea a/g/e/in tẽpore finito. } Et adhuc, qđ infiniti erit principium.qđ nota per hoc { erit ergo aliqđ principiũ primũ,quo a/g/e/ipsam b/b/secuit,sed hoc est impossibile. } palã autẽ & ꝙ illud incõueniens assequiẽ huic.s.infinitã magnitudinẽ in tẽpore finito, infinitam distãtiam ꝑtransire.nam & hoc impoẽ ostensum est in physi.Nisi fortè nõ frustra ꝑtermisit nunc hoc impoẽ Aristoteles,sed quia a/g/e/& si infinita sit super.e/linea tamẽ existẽs, ſm se totam mouetur in circũuolutione & non ſm ptem,sic enim utiq; esset incõueniens,īfinitam magnitudinẽ Cõm.43.

totam in tẽpore finito moueri. Ablatum autẽ põt dicere & id quandiu ferebaẽ a/g/e/super b. põt autẽ & id à quo incipit lineã b/b/secare donec restituta fuerit in idem. Nam & hæc pars est tẽporis totius circũuolutionis, & magis utiq; hoc dicet ablatũ, ut/ait/ Alexãder: nam quo secans describebaẽ huic cõuenit, ꝙ in eo qđ ante hoc, nõdum secabaẽ b. Istud autẽ est & qđ à finito finitũ ablatum, & principiũ habens, si autem tþs habet principiũ, & motus, & magnitudo q̃ moueẽ, & super quã fit motus principium habebũt & erunt finita, nã & à finito tẽpore ablatũ est istud tẽpus. s. à tempore circũuolutionis. ¶ Attendere autẽ oportet, ꝙ & Alexan. cõfitetur, ꝙ in his est intentio, non mũdum ostendere nõ esse infinitũ, sed circulare corpus, sic etiam uerbis ipsis dicens. Et quãdo/ait/dixit. ꝙ neq; mũdũ si erat infinitus eundem circulr̃ mobile corpus dixit. qđ paulo ante cœlũ dixit. quare quãuis oñdat ꝙ nõ ẽ infinitus mũdus, ſm magnitudinẽ, principalr̃ tamẽ cœlum finitũ eẽ oñdit. Quia enim cœlũ finitum est, & mũdus finitus est. & à motu & à tẽpore in quo motus: ꝓcessus qui cœlo ꝓprius est, plurimus in his assumptus est, & oĩno de circulariter mobili corpore ꝓponebat ostendere.

Adbuc autem et ex bis manifestum, ꝙ infinitũ impossibile est moueri. sit enim linea a/lata iuxta b/finita iuxta finitam. Necesse est ergo simul & a/a/b/absolui, & b/ab a. Quantũ enim altera acceperit alterius, tantum & illius altera. Si igitur ambę moueantur in cõtrarium, uelocius disiungentur. si aũt iuxta manentẽ feratur, tardius, eadem celeritate mota ea quæ iuxta fertur. sed illud quidẽ manifestũ, ꝙ impossibile est infinitã pertransire tẽpore finito: in infinito igitur: ostẽsum enim est boc prius in bis quæ de motu. Differt autẽ nibil aut finitam ferri iuxta infinitã, aut infinitam iuxta illam. Cum enim illa mouetur iuxta illã & illa mouetur iuxta illam similiter mota & non mota. ueruntamẽ si moueantur ambæ, uelocius absoluentur, q̃uis aliquando nibil probibet motã, iuxta quiescentẽ uelocius pertransire quã in cõtra motam. Si quis fecerit cõtra motas quidem ambas lente ferri, eam autem quæ iuxta quietã mouetur multo illis uelocius latam. Nullum igitur ad rationẽ impedimentũ, quia iuxta quietam, quoniã b/lineã motam cõtingit iuxta lineã b/motam tardius pertrãsire. Si igitur infinitũ tempus quo finita absoluitur mota, & in quo infinita per finitã mouebatur, necesse est infinitũ esse. impossibile est igitur infinitũ omnino moueri. Si enim & per minimũ moueatur, necesse est infinitũ fieri tempus, sed cœlum circuit, & uertitur totũ in circuitu in tẽpore finito. Quare cõtinet totam circuli lineam quæ intus est puta lineã a/b/finitam. impossibile igitur est infinitũ esse quod in circuitu.

Cõ.44. Quod impossibile cõsequatur dicentes, circulo mobile corpus infinitũ esse ſm magnitudinẽ proponens ostendere, & ab eo quod moueẽ, & ab eo per qđ motus, & à motu ipso, & tẽpore in quo motus fit. his circulariter se habẽtibus inuicẽ, & ostenso prius ꝙ supponenti infinitum ſm magnitudinẽ circulo mobile corpus, finito tẽpore circũuolutionis uiso/duo ĩpossibilia cõsequũtur. s. principiũ fore infiniti, & in tẽpore finito ĩfinitã aliquã distãtiam pertransire, nũc eisdẽ suppositis ostẽdit ꝙ in tẽpore finito/infinitũ corpus distantiã aliquã oĩno ꝑtransibit. quia & tþm ostensum est impossibile in naturali auditu. erit enim in eodem tẽpore, eadem uelocitate utens aliquid, finitũ & infinitũ ꝑtransire possibile. si igitur infinitũ magnitudine finitã distantiã in infinito ꝑtransit tpe, q̃uis pars aliqua cœlestis distantiæ supponatur finita distantia, cœlum aũt in tpe finito totã ipsius distantiã pertransit: palã ꝙ non est infinitũ magnitudine. Et demũ/ait/ex his demonstrabiẽ ꝙ infinitũ ĩpossibile est moueri in tẽpore finito. si enim neq; p finitã, neq; infinitã distantiam possibile est moueri infinitũ corpus in tpe finito: palã est ꝙ moueri ꝓrsus est impossibile. si igitur moueẽ cœleste corpus in tpe finito, palã ꝙ non est ĩfinitũ. Hæc igiẽ oñdere uolẽs manifeste, ꝑmo duas lineas accipit finitas motas alterã secus alterã. & oñdit ꝙ siue ambę ꝯtramoueanẽ, siue altera secus manẽtẽ alterã, qm̃ simul ab inuicẽ absoluũtur, qđ enim separatur/ab eo à quo sepaẽ/separatur: palã est ꝙ tẽpus erit finitũ in quo separanẽ quãdo ambę finitæ fuerint. quod quidẽ prętermittẽs apponere (ut existimo) obscuritatẽ multã fecit in sermone. sed siquidẽ cõtramoueñẽ, minus tẽpus erit separationis. si autẽ manente altera, altera iuxta ipsam mouetur/maius, nisi fortè uelocius moueaẽ tunc qđ mouetur, q̃ quãdo cõtramouetur, qualitercũq; autem se habeat, finitũ erit tẽpus. Si aũt supponatur quæ moueẽ linea, aut q̃ mouetur magnitudo infinita, idem enim est, aut quod quidẽ mouetur finitũ, id aũt per qđ mouetur infinitũ, impossibile est in finito tẽpore pertrãsire, sicut enim finita magnitudo penes finitã distantiã, siue cõtramoueantur, siue secus manentem alterã reliqua moueaẽ in tẽpore finito simul absoluunẽ ab inuicẽ: sic, siue finita per infinitã, siue infinita per finitam, siue cõtramoueanẽ, siue altera secus qescentem alterã moueatur, infinitũ erit tẽpus in quo absoluenẽ ab inuicẽ. hæc enim nũquã absoluenẽ. siue enim mi-

nimam distantiã pertranseat infinita magnitudo, siue totã minima magnitudo per infinitã distantiã pertranseat, necesse est infinitũ fieri tẽpus. prorsus enim si pertrãseat infinitũ per finitũ, mensurabit̃ à finito infinitũ, & nequaq̃ infinitũ erit. si igitur cœlum totũ in tẽpore finito circũuolutionis pertrãsit in ipso suppositam lineam, palàm ꝙ nõ est infinitum magnitudine, non. n. ab ipsa absolueret̃ unquã totaliter. Intellige igit̃ lineam a/b/adaptatã profundo coeli. manentem aũt oportet intelligere, sm literam autẽ quando dicit { si igitur infinitũ tempus quo finita absoluitur mota } subitelligere oportet per infinitã. Consequenter. n. cõuersum assignat p hoc, & in quo infinita mouebat̃ per finitã. In lineis autẽ ꝑpter expositã euidentiã rõnem fecit, cõtramoto & eo p quod mouet̃ lineas accipiens.

Adhuc quẽadmodum lineam, cuius finis est, impoßibile est esse infinitam. sed siquidẽ, ad alterã partem puta ad longitudinẽ: & superficiem, similiter cuius finis non cõtingit. Cum autẽ determinatur, nusquàm puta tetragonũ infinitum, aut circulum, aut sphærã, quemadmodũ neq; pedale. Si igitur neq; sphæram, neq; tetragonum, neq; circulus est infinitus, non existente autem circulo, neq; utiq; quæ circũerit latio. Similiter autem, neq; infinito existente, neq; vtiq; erit infinita, si neq; circulus finitus est non vtiq; mouebitur circulariter infinitum corpus.

Ostenso per hoc/ꝙ infinito tempore circulariter mobile corpus mouet̃ motu finito/ꝙ impoſẽ est infinitum esse, nunc à motu ostendit ꝙ circularis motus nõ est infinitus sic, ut semp q̃dem fiat, nunq̃ autem sit circũdelatum, quod circulariter mouetur, sed ꝙ infinitatem habet per iterũ & iterũ, sic aũt & quod circulariter mouetur, non erit infinitũ, non enim finito motu mouebit̃. Ostendit aũt & ipsum sic, sicut linea finita sm qđ finita est, non est infinita, sed si fortè/ad illam partem ad quã longitudo est sine termino. Simil̃r autẽ & planum, sm qđ terminũ habet, nõ cõtingit infinitũ esse, & si sm alteram partem aliquãdo non sit finitum, sic & qđ est undiq; finitum & determinatum/qualia figuræ sunt & planę omnes & solidæ, q̃a figura est quæ ab aliquo, uel ab aliquibus terminis cõtinetur, nullatenus utiq; habebit infinitatẽ. Si igitur neq; sphęra, neq; circulus est infinitus, circularis autẽ motus circulo specificatur, nã non existente circulo, neq; circularis erit motus, palã ꝙ neq; infinito existente circulo, neq; erit infinitus circularis motus. si autem motus finita est distãtia, finitũ erit magnitudie & quod mouet̃. infinitum. n. existens, nõ utiq; finito motu moueret̃, ut igitur prius ex eẽ tp̃s finitũ, ostendebatur qđ mouetur finitum esse, ita nũc ex esse motũ finitum, ostẽdetur tp̃s finitum. Palã aũt ꝙ talis ostensio processit tãquã nõdum ostenso sphęrico quinto corpore, sed circulari ipsius motu p̃/supposito. Quoad uerba autem, quidam per hoc { sed siquidem ad lõgitudinem, } sed siquidem ad alteram partem scribunt, planiorem facientes intellectum. Com. 45.

Adhuc autem si g/centrũ sit, linea autem a/b/infinita: et si e/extendatur ad angulũ rectum infinita, & sit g/d/mota, nunquam absoluetur ab e/ sed semper se habebit/quemadmodum g/e/incidit enim ubi est z. non igitur circuit circulum infinita linea.

Quintum hoc argumentũ, & ip̃m à motu ostendens ꝙ nõ est infinitũ magnitudine circul̃r mobile corpus. si enim est infinitũ, non circul̃r circũfertur: at uero circuit, nõ ergo ifinitum. Demonstratio autem accipiens g/centrũ eius qđ circulo mouet̃, & per ip̃m ꝑducẽs lineã a/b/sicut diametrũ infinitã ex utraq; parte, & ꝑducens huic ad rectos angulos lineã e/extra centrũ, & ipsam ex utraq; parte infinitam, & a/g/centro educens infinitã lineã g/d/secãtem lineam e/in puncto z, dicit ꝙ aliis manentibus g/d/mota cum toto circulari corpore, nũquã absoluet̃ à linea e, sed semp se habebit ad ipsam, sicut g/e. hoc est linea a/b. huius enim ps a/g/tãgẽs lineã e. nã & lineę g/d/pars q̃ est apud z/secat lineam e/sup aliam, atq; aliã ptem, & nũquã ab ipsa absoluit̃, ꝑpter infinitas ipsas esse. nõ absoluta autẽ g/d/à linea e/nunq̃ circuibit circul̃r. quare neq; totũ corpus ĩ quo est linea g/d/circul̃r circuit, si infinitũ fuerit, ut & linea g/d. & linea e/infinitę in ipso circũducãtur. at uero cœlũ circuit circulariter. nõ ergo est infinitum magnitudine. Obscure autem dictum est in his/hoc. { incidit enim ubi, est z/ } ipso notante lineã g/d. quia secundum z/descripta est, secans lineam e/quæ g/d. sicut lineam a/b/uocauit lineam g/e. quia secundum hanc secat lineam e/linea a/b/. Com. 46.

Adhuc si infinitum est cœlum, mouetur autẽ circum in tẽpore finito, infinitũ erit pertrãsitum. sit enim hoc quidẽ manens cœlum infinitum, hoc autem in hoc motum æquale. itaq; si circuiuit infinitum ens, infinitum æquale sibi pertransiuit in tempore finito, sed hoc erat impoßibile.

Ostenso ꝙ non est infinitũ circulariter mobile corpus, ex eo ꝙ non circuiret circul̃r, siquidem in/ Com. 47.

finitum esset, hoc est ex motu, nunc supponēs circuire circulariter: cōcludit, q infinitū in tēpore finito pertransibit, qd impossibile. Euidēter autem hoc ostēdit, nō ut Alexan. (ut existimo) ait: duas sphęras supponens, hāc quidē extra & cōtinentem, hāc autem intra & cōtentam. Quāuis.n. ut ait, concaua su perficies cōtinētis sit æqualis cōuexę quæ cōtinetur, totum tamē toti nō est æquale cœlū, sicut Arist. ait. Sed mirabiliter (ut existimo) duplicē posuit distātiam, hāc quidem motæ magnitudinis, hanc aūt regionis in qua mouetur, qd mouetur, quiescētem ipsam. hæ.n. æquales sunt. Et prorsus nusq in his Aristo. ut de sphæra, de cœlo disputauit: ppter nōdum demonstratum esse aliquid de figura ipsius. Dicit igit q si circulo circuit cœlū infinitam illā distātiam manētem, in finito tēpore circūuolutionis pertrāsibit, qd quidem impossibile ostensum est. Est autē & hæc demōstratio à tempore. ¶ Attendendum autē q nō in sphæra solū ęqualis est regio circulo quĩ moueŕ in ipsa, sed in omnibus circularibus, uelut Cylindro & cono. nam angulata ut cubus maiori indigent regione circulariter mota, propter angulorum prominentias.

Est autem & cōuertibiliter dicere, q si finitum est tempus in quo reuolutum est: & magnitudinem quæ pertransita est, necesse est esse finitā, æquale aūt ipsi pertrāsiuit, finitū igitur & ipsum. Quod igitur circulo mobile corpus non careat extremis, neq; infinitū sit sed finē habeat, manifestū est.

Com. 48. Supponēs infinitum magnitudine cœlum ostēdit q impossē est ipsum in tēpore finito circūuolui: infinitum.n. existens erat infinitū facere in tēpore finito: nūc autem supponens in tempore finito circūuolui cœlum, cōcludit q necesse est ipsum esse finitum magnitudine, qd quidem cōuertibile uocauit. nam suppositis eisdem cū prioribus, dico autē hoc.s. æquale supponi qd moueŕ, & spatium in quo moueŕ, necesse est tēpore finito existente & magnitudinē finitā esse, quæ pertransiuit, æqle autē est qd moueŕ, & spatiū in quo mouetur in circulariter motis, finitū est ergo magnitudine ipsum cœlum. Et oportet etiam hic attendere, q æquale cœli magnitudini prius non uocauit aliam sphęram, sed spatium qđ circuit, de quo hic dixit, & magnitudinem quam circuit.

At uero neq; quod ad medium, neq; quod à medio fertur, infinitum erit.

Com. 49. Ostenso q corpus circulariter mobile nō est infinitū magnitudine, cōsequenter ostendit q neq aliquod aliorū simpliciū corporū est infinitum fm magnitudinē. hæc autē sunt quę super rectā mouentur, hæc quidē à medio, hæc autē ad medium. Et oportet attendere q simul etiā demōstratur q totus mūdus sit finitus magnitudine, siquidē partes ipsius, & numero, & magnitudine finitę sunt, tñ principalis intentio in hoc capło est de simplicibus in mūdo corporibus ostēdere, q infinita sunt magnitudine, sicut & prius, q finita multitudine, quādo cōcludendo dixit. Manifestū aūt & q numerū impossibile est ampliorem esse dictorum simplicium corporum, ibi tamen apposuit q non plura q̃ tria, aut quinque, siquis quod sursum mouetur & deorsum diuidit.

Contrariæ enim sunt lationes, quæ sursum, & quæ deorsum: cōtrariæ autē sunt ad cōtraria loca. Contrariorum autem si alterum determinatū est, & alterum determinatū erit: medium autem determinatum est. Si enim undecūq; feratur deorsum quod substat, non cōtingit ire longius medio loco. Determinato igitur medio, & eum qui sursum est locum, necesse est determinatum esse. si autem loca determinata sunt, & finita: corpora quoq; erunt finita.

Com. 50. Prima ostensio ostendens, & quæ moueŕ sup rectā simplicia corpora finita esse, talis est à motu ordinata, & à cōtrarietate fm ipsum. quæ sursum & deorsum moueŕ, cōtrariis moueŕ lationibus, quæ cōtrariis mouentur motibus, ex cōtrariis locis moueŕ ad cōtraria loca. quæ ad cōtraria loca mouentur, ad determinata mouentur. q̃ ad determinata loca moueŕ, ad finita moueŕ. quæ ad finita moueŕ & ipsa sunt finita. non enī possibile est in loco finito, infinitū aliqd esse. Quare terra & ignis, quorū hoc quidē sursum, hoc aūt deorsum est, finita sunt. His aūt ppositionibus oībus, euidentibus existentibus, & quę dicit, cōtraria loca determinata eē, nihilminus aliis manifesta est, si cōtraria quidē sunt quę plurimū ab inuicem distant, quę aūt plurimū distant determinata sunt: ipse aūt hmōi ostēsionem neligēs ut cōmunem: cōuenienter pposito suo ostendit, ex eo q alterū cōtrariorum. s. medium determinatū sit. Hoc autē ostendit ex eo, q quæ undiq ad mediū ferūtur ad determinatū locum feruntur, & non trāsgrediuntur. Determinato aūt medio existente, & qđ sursum determinatū esse, necesse est. indeterminatū enim existēs, neq sursum determinatū erit. sursum enī terminus est sicut & mediū, sed neq cōtrarium. non enim plurimū distans. qđ enim plurimū, determinatū est. Si

autē non fuerit determinatū quod sursum, sed infinitū semper: accepto intermedio plus aliquid deorsum erit distans, non autē plurimū. quod autē deorsum fertur natura, non cōtingit natura ferri lōgius medio. Alexāder autē etiā ita exponit. fertur enim ad terrā, q̧ si quicq̃ simul mediū pertranseat, nō adhuc deorsum fertur, sed sursum. quod quidem est impossibile. erit enim ipsum sibi contrarium. Forte autem manifesta est ostensio: quod ad medium feruntur omnia delata grauia, ex hoc quod ad rectos angulos ipsa feruntur.

Adhuc si sursum & deorsum determinata sunt, & mediū determinatū esse necesse est. Si enim nō est determinatum, infinitus erit motus. hoc autē esse impossibile ostensum est prius. Determinatū est igitur mediū. quare & corpus quod in hoc aut existit, aut existere potest. Sed quod sursum & deorsum fertur corpus, potest in hoc existere. natū est enim, hoc quidē à medio moueri, hoc aūt ad mediū.

Quoniā loci hoc qdem sursum, hoc autē deorsum est, hoc autē mediū: ostenso prius a determinatum esse sursum & deorsum, qđ & elementorū quod sursum & qđ deorsum, hoc est ignis & terra determinata sunt, & non sunt in finita ſm magnitudinē, nunc mediū ostēdens determinatū, q̧ & media elementa, hoc est aer & aq̃, determinata sunt, & finita magnitudine: simul ostendit. Qđ aūt determinatū sit mediū per deductionem ad impośe ostendit sic. si sursum & deorsum determinata sunt, & medium necesse est determinatū esse. si eni hoc non est determinatū, sed infinitū est mediū, infinitus utiq; erit motus, qui à sursum ad deorsum, & qui à deorsum ad sursum, & īfinita distātia. q̄re per infinitam distantiā in tpe finito mouebunť, quæ mouenť, quod quidē impossibile ostensum est prius. sic igitur ostēdit q̧ mediū est determinatū, & super hoc induxit. Determinatū est ergo mediū & corpus quod in hoc, aut existit aut existere potest, existit quidē, ob mediorū elementorū totalitates, existere aūt potest in medio loco ob id qđ fertur ab īferioribus ad superiora, hoc est ignem, & qđ à superioribus ad inferiora, hoc est terrā. Si enim hic quidē sursum moueť, ſm naturā, hęc aūt deorsum: hæc uidelicet in medio existere possunt, & nō erit infinitū, quod est mediū. si enim esset infinitū, nō utiq; in locū sursum fieret unquā aliquid eorum q̄ ſm naturā sursum mouētur corporū mediū pertransiens, neq; in locū deorsum aliquid eorū quæ natura feruntť ad hæc. Si autem impossibile in his fieri locis, neq; moueretť unq̄ ad ipsa ſm naturā. qđ enim impośe est factū esse, neq; à principio fit, ut ipse in fine de naturali auditu ostēdit. accepit aūt ut ostēsum ferri aliqua in medio eorum q̄ desubtus sursum mouenť, & eorum q̄ deorsum. nam de his ītelligere oportet cōiter istud in hoc existere. hoc enim manifesto existēte, impośe est infinitos esse motus. si autē motus non sunt infiniti, neq; locus infinitus erit, qui medius. loco aūt finito, necesse est & corpus qđ in ipso, finitum eē. ⁋ Potest, ait, Alexā. istud. {hoc aūt esse impośe, ostensum est prius} illius rememorari ostensionis ostēdentis q̧ est impossibile q̧ mediū eius qđ circulariter moueť, & circa mediū corporis, infinitū esse, quia & ꝓductę lineę infinitæ erunt, & erit aliqđ ptransiens īfinitum in tēpore finito. Dicit & talē argumentationē ad hoc Alexan. q̧ eorum q̄ sursum & deorsum ferunť corporum nullū sit infinitū. si enim ɔtraria q̄ sursum & deorsum loca, cōtraria autem sunt q̄ plurimum, hoc nō est possibile īfinitum esse: oē ergo in quo hoc qdem sursum, hoc autē deorsum est, hoc autē medium, nō est īfinitum. si autem oē nō est infinitum, neq; horū aliqđ est infinitū, ptes enim finiti nō sunt īfinitæ. si aūt nō sunt loca infinita, neq; q̄ in locis infinita erunt. olno autē mediū est: quo distat sursum ab eo qđ deorsum, quo autem distat sursum ab eo quod deorsum, hoc plurimū est, quod autē plurimum, determinatum est. Cōm. 51.

Ex his itaq; manifestum, q̧ non contingit corpus infinitum esse.

Ostenso q̧ & circulo mobile corpus, & quæ sub luna sunt q̃tuor simplicia corpora, finita magnitudine sunt, merito conclusit q̧ non contingit corpus esse infinitum, neq; enim simplex, nō enim est, aliud præter hæc quinque, neq; compositum, simplicibus enim finitis, & multitudine, & magnitudine, necesse est & composita finita esse. Cōm. 52.

Et adhuc si grauitas non est infinita, neq; corpus ullum erit infinitū. necesse enim infiniti corporis/infinitam esse & grauitatē. Eadem ratio erit & in leui. si enim est infinita grauitas est, & leuitas, si infinitum sit quod superfertur. palā est autem ex his. sit enim finitum, & sumatur infinitum quidē corpus. a/b. grauitas autē ipsius g. Auferatur ergo ab infinito, finita magnitudo b/d/ & grauitas eius sit e. e/ autē eo quod g/ minus erit. minoris enim grauitas minor est. mensuretur autē minus quotiescunq;, & ut grauitas minor ad maiorem b/d/ ad b/z/ fiat. cōtingit enim auferri ab infinito quātūcūq;. Si igitur.

proportionales sunt magnitudines grauitatibus, minor autẽ grauitas minoris est magnitudinis, & maior vtiq; erit maioris. ęqualis igitur erit finiti & infiniti grauitas. Adhuc autẽ si maioris corporis, maior est grauitas: eius quod est i/b/maior erit grauitas q̃ z/b. quare finiti grauitas, erit maior q̃ infiniti, & inęqualium magnitudinũ eadem grauitas erit, inęquale, est enim finito infinitũ. Nihil autem differt grauitates cõmensuratas esse, aut incõmensuratas, etenim non cõmensuratis existentibus, eadẽ erit ratio, puta si e/in tertio mensurans excedit g/grauitatem. magnitudinibus enim b/d/tribus totis sumptis, maior erit grauitas q̃ quæ est g/quare idem erit impossibile.

Com. 53. Ostenso & à motu & à locis, q̃ nullũ elẽtorum q̃ sub luna sunt, infinitũ est magnitudine, nunc ab inclinationibus idem ośdit, à grauitate dico & leuitate, sm eam q̃ ex cõsequẽtia interẽptionem, & hic faciens ostensionẽ sic. si est infinitũ magnitudine aliqđ corpus, sub luna erit, & grauitas ĩfiniti grauis, infinita: & leuitas infiniti leuis. At uero impoſe, est grauitatẽ aut leuitatem infinitã esse. nõ ergo est infinitum aliquod corpus graue, aut leue, aut prorsus eorum q̃ super rectã mouenť, & ↄiunctum quidem quod dicit: q̃ si est ĩfinitum aliqđ corpus graue, aut leue, necesse est, infinitã esse eorum grauitatem, aut leuitatẽ ośdit, ex eo q̃ oportet aut finitã, aut infinitã esse. ośtẽso igitur q̃ impoſe est finitam esse, habet q̃ necesse est infinitã esse. assumptionẽ autem q̃ dicit q̃ est impoſe grauitatem, aut leuitatẽ infinitã esse, ↄsequenter ośdit. Quod autẽ infiniti corpis nõ finita, sed ĩfinita est grauitas, aut leuitas: per deductionẽ ad impoſe/ostendit sic in expõne elẽtorũ. Si enim dicat aliqs/ait/nõ esse ĩfinitam, sed finitam, ĩfiniti corporis grauitatẽ, erit finiti, & infiniti corpis grauitas ęq̃lis, quod est impoſe. Qđ autẽ hoc accidit dicẽtibus finitã infiniti grauitatẽ/ośdit infinitũ corpus sumẽs a/b. finitam autẽ ipsius grauitatem g/& auferẽs ab infinita magnitudine finitã magnitudinẽ b/d. à tota aũt finita grauitate quæ est e. quæ uidelicet est minor grauitate g. hæc. n. erat infinitæ magnitudinis: minoris autem, grauitas minor. His positis/grauitas e/aut mẽsurat grauitatem g/ut cõmensurabiles sint, aut nõ mensurat. sumens autẽ primo q̃ mensuret, facit: ut minor grauitas ad maiorem grauitatẽ, ita b/d/cuius est maior grauitas, ad aliã aliquam magnitudinem ab infinita, ablatam. scilicet b/z/ut grauitas g/sit magnitudinis b/z/sicut erat grauitas e/magnitudinis b/d. erat autem g/& ipsius a/b/infiniti corporis grauitas. eadem ergo grauitas erit infinitæ magnitudinis & finitæ: ipse aũt æquale dixit. nam idem quãtum & quale esse necesse est, hoc autẽ est impoſe, sed & aliud impossibilius inducit isto. si. n. maioris corporis grauitas maior est/homœomero existẽte corpore, si sumať magnitudine b/z/maior aliq̃ magnitudo b/i. Est. n. ab infinito/omni dato finito/maius auferre/erit, & grauitas magnitudinis b/i/maior grauitate magnitudinis b/z grauitas autẽ b/z/erat g. quæ qdem erat & infiniti, q̃re maior erit grauitas finiti b/i/q̃ grauitas infiniti. qđ quidem adhuc est impoſius, q̃ æq̃lem esse. Et aliud etiã qđdam incõueniẽs adducit tertio prioribus facilius. s. eãdem grauitatem eẽ inæq̃lium magnitudinũ: inæqualis est. n. finitæ infinita. quoniã autem supponẽs grauitatem e/cõmẽsurabilem grauitati g/cõclusit dictas conclusiones, nihil/ait/differt grauitates cõmẽsurabiles esse, aut incõmẽsurabiles, eadem. n. incõuenientia assequentur, & suppositis incõmensurabilibus: si. n. e/grauitatis corporis b/d/magnitudinẽ triplicauerimus, grauitas eius q̃ fit ex tribus grauitatibus e/cõposita excedet grauitatẽ g. quare rursum maior erit finiti corporis grauitas, q̃ infiniti. nam g/infiniti erat. si enim e/triplicatũ excedat g/parte ipsius aliqua nimirũ excedet, & eadẽ dicetur. q̃re siue cõmensurabiles supponãtur grauitates, siue incõmẽsurabiles dicenti corporis finitã esse grauitatẽ uel leuitatem, impossibilia cõsequũtur eadem.

Adhuc etiã continget cõmensuratas sumere. nibil enim differt incipere à grauitate, aut à magnitudine. puta si sumatur cõmensurata grauitas, ei quod est g/illa quæ est c/& ab infinito auferatur habens grauitatẽ, in quo puta d/b. Deinde ut grauitas ad grauitatẽ b/d/ad aliam fiat magnitudinẽ, puta ad b/z. cõtingit enim infinita existente magnitudine quantũcũq; ablatum esse. His enim sumptis cõmensuratę erunt magnitudines, & grauitates inuicẽ. nec utiq; magnitudinẽ homœomeram esse, aut anhomœomeram, quicq̃ differt ad demostrationẽ. semper enim erit sumere ęqualiter grauia corpora ei quod est b/d/ab infinito quantacũq;, aut auferentes, aut apponentes.

Cõ. 54. Bene notat q̃ nõ est opportunitas subdiuisiõis huius parti entis suppositionẽ in cõmensuratas, uel incõmensuratas, nam indifferenti existente, à magnitudine uel à grauitate incipere: si à grauitate incepērimus, & sumať grauitati g/finitæ, quę erat infiniti/cõmensurabilis aliqua grauitas minor ipsa, puta tertia pars ipsius, scilicet e. & ab infinita magnitudine auferať aliqua magnitudo b/d/cuius grauitas est e/& fiat ut grauitas e/ad grauitatem g/ita magnitudo, b/d/ad magnitudinem b/z. possibile enim

enim est ab infinito quantũcunq; auferre. his factis, erunt cõmensurabiles, & magnitudines, & grauitates, & quæ ut in cõmensurabilibus ipsis impossibilia cõsequent, & non erit opportunitas supponere incõmensurabiles. Nam grauitas magnitudinis, b.z. erit ęq̃lis grauitati g. quæ erat ĩfiniti, & aliquam maioré q̃ b.z. auferemus ab infinita magnitudine, illius grauitas finitę magnitudinis exiſtẽs erit maior grauitate g. qđ quidé erat ĩfinitę magnitudinis grauitas. Quoniá aũt corporũ hęc quidé sunt homœomera, hæc aũt anhomœomera, & est idem dicere, similis grauitatis & dissimilis grauitatis, nihil ait, neq; hoc differt ad demonstrationẽ, homœomerũ accipere, aut anhomœomerũ quod infinitum. In anhomœomeris enim non ſm magnitudiné ꝓportio sumetur, sed ſm grauitatem. nã b.d. & b.z. ab infinito, a.b. non adhuc ęq̃lia quomodocũq;, sed ęque grauia auferimus. Nam ꝓportione in grauitate indigemus, & possibile est ab infinito ſm magnitudiné quotcũq; ęque graues magnitudines auferre, quãdoq; quidé auferẽtes à magnitudine acceptorũ & minora prius acceptis accipiẽtes, quando grauissime cõsistentia partes illę infiniti fuerint, quãdoq; aũt apponẽtes magnitudini ablatorum, & maiora ꝓ᷑ibus auferẽtes: quãdo minus grauẽ cõsistentiã habuerint illæ infiniti partes. ¶ Attendendum auté forte si finita supponať infiniti grauitas, q; q̃uis magnitudo q̃ infinita in ablatione non cõsumatur, tamé grauitas finita cõsumitur. manifestũ est aũt & q; finitę magnitudinis, b.i. maior colligitur grauitas, q̃ sit g. grauitas infiniti. sed si hoc erit magnitudo infinita quæ relinquitur, nullã habens grauitatem, quod quidem & ipsum est adhuc magis impossibile.

Quare palã est ex dictis q; non erit infiniti corporis finita grauitas, infinita igitur. Si igitur hoc possibile non est, & infinitum aliquod esse corpus impossibile. sed adhuc quoniam infinitam esse grauitatem est impossibile, ex his est manifestum.

Concludit proxime demonstratũ q; infiniti corporis non est finita grauitas aut leuitas. eadé enim ratio in ambobus. si igitur necesse est grauitaté aut leuitaté hñs corpus, de his eni q̃ sub luna nũc est sermo, supponi finitã aut infinitã habere grauitaté, ostensum est aũt q; finitam impoſſ: infinitã ergo. si igitur prorsus infinitã esse grauitaté aut leuitaté impossibile ostendatur, palã q; & infinitum esse aliquod corpus est impossibile. Ad ostendendum igitur q; sit impossibile esse grauitatem infinitam disponitur, & palàm q; propter eadem, & leuitatem. Cõm. 55.

Si enim tanta grauitas, tantam in hoc tempore mouet, tantum & amplius in minori. Et analogiam quam grauitates habent, tempora è conuerso habebunt, puta si media grauitas in hoc, duplum in medietate eius. Adhuc finita grauitas omnem finitam mouet in quodam tempore finito.

Proponens ostendere q; impoſſe est infinitã esse grauitaté, tria quædã opportuna ad demõstrationem præaccipit uelut dignitates. primũ quidé q; maior magnitudo in minori tẽpore pertrãsit eandé distantiam q̃ pertrãsit minor magnitudo, qđ significat p hoc { tantũ & amplius in minori } maior enim habet minoré, & adhuc aliquid aliud cũ ipsa. harũ igitur grauitatũ maior per eandé distantiam mouetur in tẽpore minori, q̃ minor. Scdm auté assumit priori cõsequens, q; grauitates & tempora analogiam è cõtrario habebũt, si enim maior grauitas fuerit dupla, minoris tẽporis in quo maior mouetur per distantiã aliquã, erit dimidiũ tẽporis in quo minor per eandé distantiã moueť. si igiť cuius tempus est dimidiũ, huius grauitas est dupla, cuius auté grauitas est dimidia, huius tẽpus est duplũ: merito dicitur tẽpora grauitatibus è cõtrario habere analogiã. Tertiũ accipit q; infinita grauitas, omnem finitam distantiã, infinito tpe pertrãsit. ostensum est enim in naturali auditu, q; nullũ finitũ finitam distantiã in infinito tpe pertrãsit. Est auté hoc utile ad ostendendũ q; omne tẽpus, & in quo minima grauitas maximã distantiã pertrãsit, & in quo multupla ipsius grauitas eandé distantiã pertransit, ꝓportioné habent adinuicé. si enim finita grauitas, finitã distantiam in infinito pertransiret tẽpore, non utiq; eét temporũ ad inuicé aliqua ꝓportio. Quòd autem omnis finita grauitas oẽm finitam distantiam in tẽpore finito pertrãsit, palã est: quoniã enim partẽ aliquã distantię finita aliq̃ grauitas in tempore finito pertransit, quãtupla est tota distantia ad partẽ, tantuplũ & tempus erit, in quo totam pertransit, ad tempus in quo partem. utitur autem & hic sæpe illo quod in physica demonstratum est. s. impossibile esse in tempore finito infinitum pertransire. Cõm. 56.

Necesse est igitur ex his si qua est infinita grauitas, moueri quidẽ scdm tantũ, quantũ finita, & adhuc non moueri quidẽ, eo q; proportionaliter quidẽ oportet scdm excellentias moueri: cõtrariæ autẽ maior minori, ꝓportio autẽ nulla est infiniti ad finitum. minoris autẽ temporis ad maius finitum, sed semper in minori, minimũ autem non est. Neq; si esset, aliqua utilitas esset. Alia enim cõtra finita sume

retur in eadem proportione, in qua infinita ad alterá maiorem. Itaq; in ęquali tempore æqualem utiq; moueret, infinita finitæ, sed impossibile est hoc.

Cõm. 57. Vtens dictis per deductioné ad impossibile ostendit ꝙ non est infinita grauitas, si enim eẽt, accideret ex positis & moueri ipsam & nõ moueri, qđ est impoſe, moueri enim necessariú est ipsam, per primã dignitaté, si enim tanta grauitas per tantá in tanto tpe mouetur, tanta & amplius per eádé in minori: infinita auté grauitas tanta cú sit & adhuc maior, palá est ꝙ mouebiť in minori tpe. iterú auté impossibile ipsam moueri, quia supponit quidé, quam ꝑportioné habent adinuicé grauitates q̃ mouentur per eandé distantiam, hanc ècõtrario habere & tépora adinuicé, in qbus utrũq; grauiú mouebatur, & quá tempora. palá est ꝙ hanc ècõtrario habent grauitates. omnis aũt téporis finiti ad finitum ꝑportio aliq̃ est. si igitur tp̃s in quo grauitas tanta & amplius, hoc est infinita mouebať finitũ existens minus est alio tépore finito palá ꝙ téporis quidé ad tempus erit ꝑportio minoris ad maius finiti ad finitũ, grauitatis auté tantæ nulla erit ꝑportio. At uero necesse est eandé esse ꝑportioné, sed ècõtrario in grauitatibus motis per eandé distantiá, & in temporibus. q̃re nullũ tépus est, in quo mota est infinita grauitas, per finitá distantiá, q̃re neq; mota est. omne enim qđ moueť in tépore moueri ostensum est, & si non eandé auté ꝑportioné supponat quis grauitatum & téporú, & ècõtrario. solú autem finita tépora, & sic erit aliqua ipsorú ꝑportio. hoc auté { sed semper in minori } apposuit osté dens, ꝙ & si ad minus procedat tépus, erit quidé analogia semp in minori, minimũ aũt tépus non est. Neq; enim aliquod aliud continuorũ, quia in infinitũ sunt diuisibilia. & si esset inquit infinitũ tépus, nulla esset utilitas putantibus in ipso moueri infinitá grauitaté, & per hoc diffugere rationé. s. ab analogia elenchum. supponens igitur minimũ esse tépus, & in ipso moueri infinitá grauitaté, ostendit impossibile cõsequens etiá sic. s. in ęquali tépore per ęqualé distantiá, moueri infinitá grauitaté cũ finita. sit enim infinita grauitas in minimo tépore mota per distantiá aliquá, palá est ꝙ finita erit hęc. nõ ení est possibile in tépore finito, & maxime in minimo moueri ꝑ aliquá infinitá distantiá, neq; si finitũ, neq; si infinitum fuerit, qđ mouetur. in quo. n. tempore mouebitur per partem infinitæ distátię: minimo. n. non est minus. Quoniá igiť ponitur in his quæ de motu, oẽm finitam grauitatem omnem finitam distátiam in tépore finito pertransire, palá est ꝙ hanc finitá distátiam per quam infinitum in minimo tempore motú est, finita aliqua grauitas in tépore finito mouebitur. Eadem igiť existéte distantia, ut se habét tempora adinuicem. s. minimum in quo infinita grauitas mouebať, & finitum in quo finita sic habent & quæ mouétur grauitates adinuicem: qđ quidem est impossibile. Nulla. n. ratio est finiti ad infinitum, sed ipse nõ induxit hoc incõueniens, sed in tépore æquali per ęqualem moueri infinitum cum finito. Dicit igiť ꝙ neq; supponi tempus minimum in quo finita grauitas per finitam distátiam moueť, effugit inconuenientia: sumpta est. n. pro sumeretur. n. alia aliqua finita magnitudo, per eádem distantiam in tépore finito mota in eadem ꝑportione ad alterá aliquá seipsa maiorem grauitatem, quæ est minimi téporis, in quo finita grauitas mouebať ad tépus maius minimo in quo minor finitarũ grauitatum mouebatur, ècontrario. n. se habent grauitates ad tépora, ut dictũ est. In æquali ergo tépore, magis autem in eodé minimo, infinita grauitas mouebiť & assumptarum finitarum maior, aut diligentius ipse dixit { sumpta est } si enim supponať infinita in minimo tempore mota, hoc ipso alia finita grauitas sumpta est in eadé ꝑportione ad alteram maiorem, in qua quod infinitum, sic. n. & maior in minimo tépore mouebitur, quia sicut se habet tp̃s maius ad minimũ, ita minima finitarum magnitudinũ, quæ in maiori tempore moueť ad maioré q̃ in minimo, moueť autem & infinita grauitas in minimo. palá est quidé ꝙ in eadem ꝑportione erit minima finita, ad maiorem & ad infinitá. Et est qdem etiam ip̃m incõueniens. s. esse proportioné finiti ad infinitum. hic autem alterũ induxit. s. in æquali tempore moueri per æq̃lem distátiam finitam & infinitá. inest autem ait Alexáder in distantia finita partes ipsius accipiétem dicere, ꝙ has in minore minimo tempore mouebitur infinita grauitas, sed nõ est minimo minus. quare nõ est minimum tempus, aut si est in minimo tempore, erit quoq; minima distantia, & eádem uidelicet unam & minimá & infinita grauitas, & finitæ, & omnia inæq̃lis grauitatis mouebũtur, quod qdem est incõuenientissimum. æqueuelocia enim sic erunt, quæ ualde abinuicem differũt, ꝭm inclinationes & ifinita grauitas cum finita, per qđ minor grauitas in minimo tempore mota nõ est, ob hoc grauius aut nõ mouebitur, aut non in tempore mouebiť, aut in minori minimo: nõ est auté minimo minus: si aũt hæc impossibilia, & per ip̃m in minimo moueri est impossibile. Dicit autem Alexáder, ꝙ hanc fecit demõstrationem tertia dignitate utens. s. finitam grauitaté finitam distátiam in tempore finito pertrásire. Et litera ait sic utiq; habebit correspondentiam. alia enim finita accepta est in eadem proportione ad alteram maioré in qua ad infinitam hæc ipsa.

At vero necesse est si in qualicũq; tempore finito tamẽ mouet infinita, & aliam aliquam in hoc eodem tempore finitam grauitatem mouere. impossibile est igitur infinitam esse grauitatem: similiter autem & leuitatem impossibile.

Cum dixisset tãquã ex suppositiõe quadam, alia enim aliqua finita accepta est quæ in minimo tẽpore mouetur, in quo & infinita, si oino supponatur aliquod esse minimum tẽpus, nunc apponit ꝙ & est necesse, si infinita grauitas, siue in minimo, siue in quantocũq; finito supponatur per infinitã distantiam mota, & aliam in eodẽ tempore finitã grauitatem per finitam distãtiam moueri. Tẽpore igitur eodem existente erit ut finita distãtia, per quã mouetur finita grauitas in eodẽ tempore ad finitã distãtiam, per quã mouetur infinita grauitas, sic finita grauitas ad infinitã grauitatem. si autẽ quãtupla est distantia per quã mouetur infinita grauitas in eodem tẽpore, tantupla finitæ grauitatis accepta fuerit distantia, & infinita eodem tẽpore per eãdem distãtiam mouebuntur. si igitur impossibile est ꝓportionem habere infinitũ ad finitum, impossibile est aũt & in æquali tempore per eãdem distãtiam moueri inæq̃lia, impõle est infinitã esse grauitatem: minimũ autẽ tẽpus in quãtũcũq; transumptum, uniuersaliorem fecit demõstrationem. Dicta autem circa grauitatem & circa leuitatem conuenit dicere, pro motu deorsum, motu sursum trãsumentibus nobis. si igiť neq; grauitas, neq; leuitas infinita est, neq; habẽtia grauitatẽ, aut leuitatẽ, infinita erũt: hoc. n. iam determinatum est. Com. 58.

Quod igitur non est infinitum corpus, palã est, & particulariter speculantibus hoc modo: & uniuersaliter intendentibus non solum secũdum rationes eas quæ sunt in dictis à nobis circa principia determinatum est enim & ibi uniuersaliter prius de infinito quo modo est, & quo modo non est. sed etiam nunc alio modo.

Ostenso ꝙ nullũ simpliciũ corporum est infinitum magnitudine, neq; enim circulo mobile, neq; eorũ quæ sub luna sunt ullũ, si neq; aliqđ habens grauitatẽ, neq; leuitatem, hæc aũt erant quę sub luna: grauia qdem quæ deorsum feruntˀ, terra & aqua, leuia aũt quę sursum, aer & ignis. Finitis autem fm numerum prius ostẽsis simplicibus corporibus, quinque. n. ostẽsa sunt omnia, & tria fm coarctationem in duo. s. graue & leue eorũ quæ sub luna, ostenso aũt & nunc unoquoq; horũ fm magnitudinem finito: palã ꝙ neq; compositum est aliqđ infinitum corpus. cõfidens ergo cõclusit, palã esse dicens particulariter speculãtibus, hoc est per cõsiderationem in unoquoq; simpliciũ ꝙ non est infinitum corpus, neq; simplex, neq; cõpositum. Quoniam aũt magis sciẽtificus est demõstratiõis modus qui per uniuersalia, q̃ qui per particularia, proponens & uniuersalr̃ ostendere, ꝙ non est infinitũ corpus fm magnitudinem, rememorat primo earum nobis, quę in tertio de naturali auditu ratiocinationum, uniuersalr̃ ostendentiũ, ꝙ non est infinitum corpus, ne bis dicat eadẽ, & tũc alia apponit fm aliam methodum accepta: uocat aũt de principiis quatuor primos libros de naturali auditu, sicut reliquos q̃tuor de motu uocabat paulo ante dicẽs, sed illud manifestũ ꝙ impõle est infinitã in tẽpore finito pertrãsire, in infinito ergo. ostensum est enim hoc prius quæ de motu. Com. 59.

Post hæc autem intendendũ & si non sit infinitum corpus id quod omne, dicimus sed tamẽ tantum ut possint esse plures cœli. Forte enim hoc quis dubitabit. quoniã quemadmodum qui circa nos mũdus cõstitutus est, nihil prohibet & alios esse, plures quidem vno, non tamen infinitos. primum autem dicamus vniuersaliter de infinito.

Proponẽs uniuersalẽ demõstrationem dicere ꝙ non sit infinitũ corpus, primo manifestat de quo post hanc ostẽsionem apponet dicere ꝯsequẽter. hoc autẽ est, si finitum est oẽ corpus, necesse ne est, ut plures sint cœli, hoc est mundi, uel unus: quãtum enim in hoc ꝙ finitũ sit oẽ corpus, nihil ꝓhibet & alios similes esse mũdo qui circa nos, nõ tamen ĩfinitos multitudine. infinita. n. utiq; esset & tota magnitudo. oportet aũt primo rememorari dictorum uniuersalr̃ in tertio de naturali auditu, eorum. s. quæ fiunt de nõ esse corpus ĩfinitum, & sic illis hæc argumentata coniungere. oñdit igitur in illis ꝙ nullum est corpus infinitũ, logice argumentãs sic. oẽ corpus plano determinatũ est. qđ aũt est plano determinatum, nõ est ĩfinitũ, naturalr̃ autem ex eo ꝙ elũta numero, & magnitudine sunt finita, neq; enim oĩa infinita possibile est esse. non enim multa infinita, neq; unũ aliquod ex ipsis. si enim debeat saluari & fieri aliquid ex aliis: adeq̃ri ut possibile est necesse est, uirtutes ipsorũ & ꝓportionabilr̃ ha- Com. 60.

existens primū mouens,non poterit & plura circulo mobilia corpora mouere,siquidē mouebit desi
derio sui ipsius,& ut amatū. Nihil enim ꝓhibet plura appetere idē.& hic cū dixisset,fm rōnabilitatē,
inquit,hæc argumentatio ꝓcedet,non necessariū aliquid ostēdit. ⁋ Exigo igitur primū quidē atten/
dere q non/ait/Aristo. unam esse actionē circulariter mobilis corporis, sed simplicē quidē lationē,fir/
mamēti à prima suba moueri/ait/unumquēq; aūt planetarum moueri ab imobili & ęterna suba. Scri
bit autē in.xi.metaphy. hic. principiū quidē ens,& primū entiū imobile,& fm se,& fm accidens. mo/
uens autē primum & æternū unum motū. Quoniā aūt quod mouetur,necesse est ab aliquo moue/
ri,& primū mouens imobile esse fm se,& æternū motū ab æterno moueri necesse est,& unū ab uno.
Videmus autem ꝑter omnem simplicē lationē, quam dicimus mouere primā substantiā,& imobilē,
alias lationes existentes eas quæ planetarū æternas. æternū enim & non stans,circulare corpus,neces/
se est & harum unāquāq; lationem ab imobili moueri,fm se & ab æterna substātia. Deinde quomo/
do non incōueniens est, eas quæ à prima p̄hia, & à certissimo ipsius naturali negocio, in testimoniū
uocatas rationes non habere necessitatē demōstrationū? Sed & si multæ sint mouētes causæ, & una
prima omnium est, necesse est & unam esse omniū coordinationē ad unam causam coordinatorū,&
mundum intellectualē unum,à quo,& ad quem sensibilis mūdus subsistēs,unus & ipse factus est,ex
cōtinentibus & cōtentis, sicut & intellectualis unus. Et siquidē dicentes multos mūdos in unā coor/
dinationem ipsos cōduxissent ut unus esset ex oībus,his quidē totalioribus,his aūt partialioribus,&

his quidē cōtinentibus,his autē cōtentis, dicerent quidē ɔsequenter,hunc aūt dicerent unū mundū, ex multis mundis cōsistentem. Mundus enim est & coelorū unūquodq;,& eorū quę sub luna elemētorum. nam & terra mundus est,& aq̄,& aer,& æther,ꝑpter hæc igitur unus est hic mūdus. Quod autem & intellectualis mūdus sit unus,qui est huius motiuus & factiuus,multitudinē quidē & ille habēs coordinatam fm causalē multitudinē & unitā,qualē Aristoteles in metaphy. ostēdit.s. primū mouentium imobilium intellectualiū causarum,ad quē nunc rationē remisit. si enim ab uno intellectuali mūdo ex multis imobilibus causis cōsistente,æternę circulares lationes primo mouent̄,palā est q̄ hæ in unum sensibilē mundū cōsumant̄. Neq; igitur rationabilis solū est argumētatio ut Alexā. existimat à necessitate priuata,quæ sumit̄ à prima phia,& æterna circulatione. neq; etiā solū finalem causam mundi deum Aristo. existimat,ex quo dubitauit Alexāder, sed etiā effectiuā. & sufficit quidē pro multis unus sermo ipsius,dicentis in hoc libro,q̄ nihil frustra facit,neq; deus,neq; natura. Sufficit aūt & hoc q̄ ostendit æternū motum inditū circulariter mobili corpori finitā à seipso uirtutē habenti. Sufficit aūt copiose & noster instructor Ammonius in toto libro isto ostendens, q̄ non solū finalem,sed & effectiuā causam mundi posuit deum Aristo. si quis aūt dicens ipm solum esse desiderabile dubitat,puta ꝑpter quid nō ab uno desiderabili,plures coeli mouent̄, facile dicetur,q̄ uni multitudo non appropinquat,nō & ipsa unita. nā simile simili appropinquat,ꝑpter hoc qdem,quia neq; singulariū partitorū multitudinē possibile est fm se uniri totalitati unius necesse est ad alia primo q̄ ab uno procedunt counitam,ad quæ colligata est,cum illis ad unum sursum tendere.

Palam autem & si sic fiet,intendentibus quoniā necesse est vnum esse cœlum. Tribus enim existentibus corporalibus elementis tria erunt & loca elementorū. Vnus quidē corporis subsistentis,qui est medium. Alius autem circularis,qui est extremus. Tertius autē medius horū,qui est medij corporis: necesse est enim in hoc esse,quod superfertur , si enim nō in hoc,extra erit. sed impossibile est extra. hoc enim sine grauitate,hoc autē habens grauitatem. Magis deorsum autem q̄ grauitatē habentis corporis,locus non est , siquidem ad medium grauis est, sed neq; prǣter naturā. alij enim erit scd̄m naturam,alij autem nō erat. Necesse est igitur in medio esse. huius aūt ipsius quę sunt differentiæ,posterius dicemus. De corporeis igitur elementis,quę sunt,& quot,& quis etiā vniuscuiusq; locus,adhuc autē vniuersaliter,quot secundum multitudinem loca,palàm est nobis ex dictis.

Com. 39. Proponens ostēdere,q̄ unus est mundus,ex eo q̄ unicuiq; elementorū,est unus fm naturā locus proprius determinatus,ad quē ferūtur,& hūc in hoc mundo eē ꝓprium & determinatū,ad quē determinatus & finitus motus:& hoc cum ꝑsuasisset ex eo q̄ ad ꝓpria loca citius ferūtur q̄ ferunt̄,& interserens testimoniū ex prima phia in qua & reuoluētium sphęrarū multitudinē coactus fuit supputare,ut multitudinē inueniret imobiliū causarum mouētiū ipsas:assignat residuū argumentationis. erat autē hoc,q̄ unus fm numerū est fm naturā uniuscuiusq; elementorū locus. Prǣordinato igit̄ ꝓblemate ad qđ tendūt ostēsa,erat aūt q̄ necesse est esse unū mūdum,ostēdit ɔsequēter,q̄ unus fm numerū,est fm naturā uniuscuiusq; locus elntorū,sic. Quotcūq; corporaliū elntorum,ex qbus mūdus consistit,sunt differētiæ fm localem ipsorū motum,tot necesse est & locorum esse differētias in mundo. Tribus igit̄ existentibus corporalibus elntis,ut fm genus est dicere,tria erunt & loca,hic qdē grauissimi & oībus subsistentis corporis,qui est mediū. Alius autē extremus,qui corporis,circulo mobilis,omnia cōprehendētis. Et tertius qui medij in plura diuisi. nā & in leue,& supnatans oībus,quæ mouent̄ super rectā,qđ quidem est ignis,& in media huiusq; & grauissimi duo corpora.s. aerem & aquā. Quod autem in hoc mūdo sint hæc loca,& non in alio,ostēdit in uno.s. igne,sicut prius in terra ostendit,necesse est.n. supernatās,hoc est ignem,aut in hoc esse medio,aut extra locum in quo ponit̄. Sic.n. Alexāder intelligit,nō ut in alio mūdo,qđ extra,sed in hoc,eadem.n. rō/ait/& si extra hunc mundū sit,& ibi ens erit alicubi & in loco triū horum aliquo:extra ipm autē ens,ubi qdē est,qđ circulo mouet̄,non erit,illius.n. locus hmōi,quoniā neq; exire pōt. Qđ autem neq; in loco deorsum secūdum naturā esse possit,ostendit per hoc,q̄ grauitatē habentis corporis est hic ꝓprius locus. Similiter autē/ait/Alexā. hic/siue in hoc mūdo sit,siue in alio,tribus.n. existētibus locis,etiā in illis silis est ratio,& in illo mūdo. si.n. quod ibi est mediū dicit aliqs fm naturā ipsi esse:palā qm̄ & in hoc est medium idē specie cum illo loco,erit & in hoc medio,in hoc mūdo fm naturam. Sic qdem Alexā. exponit. fortè autem esset ad ꝓposita,ostēdere q̄ ignis habet hūc fm naturā,in hoc mūdo locum. melius est igitur hoc,si possibile est,sed impoſſe est extra hunc mūdum locū esse corpori supernatatiuo:si.n. extra,aut supra hunc mūdū erit,aut subtus. duobus igit̄ existentibus fm genus corporibus,hoc qdē

fine

ſine grauitate,hoc eſt leui,hoc aũt habente grauitatẽ,ſiqdem extra hũc mũdum,magis aũt deorſum ſit corpus ſupernatãs,qđ eſt corporis habentis grauitatem.ſ.locus deorſum,ſiqdem mediũ,huius ꝓprius eſt locus,& nõ ſupernatãtis:ſi autẽ ſuperius ſit,quo mõ iterũ qđ hic ſupernatat erit magis deorſum ſine grauitate exiſtens & ipm̃?ſiquidẽ inferior locus grauitatem habentis corporis eſt,ſi autẽ dicat quis ꝑter naturã eſſe,qđ ſupernatat,aut in hoc loco in quo nunc eſt,ut Alexãder intelligit,aut in illo mũdo,erit alicuius alterius corporis ſm̃ naturã,aut huius ignis locus eſt,in quo nũc ꝑter naturam eſſe dicit̃,aut eius qui extra hũc mũdum ſupponit̃.nam qui alii ꝑter naturã,alii ſm̃ naturam inſunt,aliud autẽ corpus,ꝑter hoc.ſ.graue & leue,nõ erat,ut oſtenſum eſt à neceſſitate motuum.Quare ſm̃ naturã iſte medius locus ois leuis eſt,ſi nõ eſt poſſibile extra hũc mũdum leue eſſe,neq; ꝑter naturam,neq; ſm̃ naturam,ad qđ ſequit̃ ſm̃ numerũ unũ eſſe,eum qui eſt ſm̃ naturã uniuſcuiuſq; locum,ad hoc aũt,unum eẽ mũdum,qđ quidẽ nõ ſequit̃ ad hoc q̄ ignis ſit ꝓprius hic locus quẽ obtinet,niſi aliquis aſſumat,ut Alexã q̄ ad hũc leue omne feratur,qđ erat q̄ſitum.Et cũ dixiſſet q̄ ſupernatans eſt in medio medii & extremi,q̄m̃ indeterminate acceptum fuit mediũ,nõ ſolum.n.eſt ſupernatans,hoc eſt ignis,ſed & aeris & aquæ,merito appoſuit,huius autẽ ipſius uidelicet medii,quę ſint differẽtiæ poſterius dicemus Nã in ultimis libris de his quæ media ſunt in hac latitudine, & de ordine ipſorũ diſputabit.⁋Notat autẽ in his Alexã.q̄ & ęthereũ corpus elementum dixit Ariſto. dicẽdo. {Tribus.n.exiſtentibus corporalibus elẽtis} hoc autẽ/ait/dixit,aut tãquã & ipſo ad mũdi conſiſtẽtiã & ſubſtantiam elementi rationem habente,aut tanquam etiam ſimplicibus corporibus communius uocatis elementis, qa & elementum uult eſſe ſimpliciſſimum,& cõſequenter mox cõcludens,elemẽta ſimplicia corpora uocat,& adhuc manifeſtius inchoans tertiũ librum,corporalia autem elementa, corpora dicit quæ ſunt elementaria,contradiſtinguens ipſa,ad ſpeciem & materiam,illa enim elemẽta quidem corporum,& principaliter & primo,non autem corporea elementa.

Quod autẽ non ſolum vnus ſit, ſed & impoßibile fieri plures,adhuc autẽ q̄ ſempiternus & incorruptibilis exñs,& ingenitus,dicamus primũ dubitantes de ipſo.Videbitur enim ſic intendentibus impoßibile,vnum & ſolũ eſſe ipm̃.in oĩbus enim his quæ natura,& his q̄ ab arte cõſtant,generatis,aliud eſt ipſa ſcđm ſeipſam forma,& mixta cum materia;puta ſphæræ, aliud eſt ſpecies & aurea & ærea ſphæra,& iterũ circuli aliud eſt forma,& æreus,& ligneus circulus.Quod qdem enim erat eſſe dicẽtes ſphæræ aut circuli,nõ dicimus in rõne aureũ,aut æs tanq̃ nõ exiſtentibus his de ſubſtãtia.Si uero auream aut ęreã dicamus,& ſi nõ poßimus ĩtelligere neq; ſumere aliqd aliud ꝑter ſingulare,quãdoq; enim nihil ꝙ̃ hibet hoc accidere,puta ſi ſolũ aſſumatur circulus. Nihil enim minus erit circulo eẽ aliud, & huic circulo;& hoc quidem ſpẽs,hoc aũt ſpecies in materia & ſingulariũ.Quoniam igitur eſt cœlũ ſenſibile:ſingulare vtiq; erit.ſenſibile enim oẽ in materia exiſtit. Si autem ſingulare,aliud vtiq; erit. huic quidem cœlo eſſe,& cœlo ſimpliciter, aliud igitur hoc cœlũ, & cœlum ſimpliciter.Et hoc qdem ſ vt ſpẽs & forma,hoc aũt vt materiæ mixtum. quorum autem eſt forma q̄dam & ſpecies, aut ſunt,aut contingit plura facta eſſe ſingularia.

In multis locis ſic quidẽ habere aliquid,ut habet,manifeſtũ eſt, ſed impoſẽ aliter habere, ut ſi nũc Com̃.90.
non eſt,neq; fieri,nõ adhuc manifeſtũ.Nam q̄ quidẽ homo ſit qnque digitorũ, prõptum eſt uidere; q̄ autem impoſſibile ſit ipm̃ aliter habere ſecũdũ naturam, non omnis adhuc eſt ſcire. oſtenſo igit̃ q̄ unus eſt mũdus,& nõ plures,apponit ſciẽtifice, q̄ impoſẽ eſt aliter.Quare nõ ſolũ eſt unus,ſed neq; unq̃ fient plures.forſitã enim diceret aliquis,nunc qdem unũ eſſe, ſed nihil ꝓhibere plures fieri,& q̄ æternus ſit iſte mũdus,tanq̃ ingenerabilis exñs & incorruptibilis,per alia argumenta oſtenſurus, pręter priora.primo ꝑmittit ꝓbabilem rõnem,q̄ uidetur aſtruere,q̄ impoſẽ eſt unũ ſolum eſſe mundũ imo q̄ impoſſibile ex neceſſitate unũ & ſolũ ipſum eſſe.hoc enim oppoſitio cõcludit,q̄ aut ſunt plures mũdi,aut cõtingit plures fieri ſingulares.Propter qđ Alexander uult ſubaudire huic. uidebitur enim impoſſibile ex neceſſitate unũ & ſolum eẽ.oppoſitio autẽ talis,in oĩbus/ait/& natura & arte cõſiſtentibus,& uniuerſalr̃ in his,q̄ ex materia & ſpecie,q̄ qdem in oĩbus ſingularibus, ſi plura ſint,apparẽs eſt cõe dicitur & eſt,& ſi nõ,plura autẽ ſint ſingularia,ſed unũ ſolum,uelut una phoenix auis, aut unus circulus,nihilminus aliud eſt ſpẽs ipſa,& aliud id quod ſunt utrũq;. Nam & circulo aliud eſt circulo eſſe,quod qdem ſcđm ſpẽm circuli conſiderat̃,aliud ſenſibilis iſte circulus,qui cum materia ſubſiſtit,in qbus aũt eſt forma aliqua,& ſpẽs à materia ſeparari põt intellectu,i his cõis naturæ eſt ſpecies,& aut ſunt,aut cõtingit plura eſſe participãtia ipſam, materialia & ſenſibilia. Merito igitur &

unum numero circulum supponens,& in hoc ostendit eãdem eẽ differentiã,speciei quæ scd̃m intellectum separat,& cõpositi. quãuis enim unus sit mũdus,tamẽ qm̃ materialis & sensibilis, & aliud p̃ter cõpositum est mũdo esse,& spẽs nata ab ipso separari sm̃ intellm̃, & ꝑpter hoc multis idem adaptari cõtingit,& plures eẽ mũdos,sicut & si unus esset circulus,ꝑpter eãdem cãm cõtingeret,& plures esse. nam in qbus plura sensibilia manifesta sunt unius speciei, q̃ in oibus cõmunitas est, & si unũ autem sit sensibile,& ꝑpter hoc nõ possumus intelligere cõe aliqd aliud præter singulare,ut si unus solus accipiat circulus,& tũc nihil minus spẽs quæ sm̃ intellectũ separat à materia, & nõ detinet ab ipsa,cõem insinuat naturã,& possibilẽ multis adaptari singularibus factis ꝑpter materiam.

Siue enim sint species, sicut aiunt qdam,necesse est hoc accidere, siue etiã separatũ sit nullum:taliũ nihil minus. In oibus enim hoc videmus,quorũcunq; substãtia in materia est, plura & infinita esse illa quæ eiusdem speciei. itaq; aut sunt plures cæli,aut cõtingit esse plures. Ex his igitur suspicabitur aliquis & esse, & ꝙ contingit plures cælos esse. Considerandum autem iterum, quid horum dicitur bene,& quid non bene.

Cõm. 91. A cõmunitate spẽi dubitatione mota,qm̃ cõmune hi qdem separatum dicebant,& exẽptum,sicut Pythagorici & Socrates,& Plato,putãtes oportere,ante multa similia esse aliquid,quod eẽt similitudinis ipsis cã,& exẽptum ab ipsis,hi autem inseparabile à multis existere,siue sic/ait/siue illo sit mõ,in oibus uidemus eãdem spẽm,pluribus materialibus & eiusdem spẽi in esse. Nam & hoies multi humana spẽ participãtes,& equi multi,& aliorũ unũquodq;. quãuis autẽ non sint multa, tamẽ cõtingit ꝑpter cõitatem speciei. quare & cœli,aut sunt plures,aut cõtingit esse. Idem aũt dicere mũdos. Nam genus/ait/Alexã. aut spẽs mũdus erit,acceptus sine materia,genus aũt & species,semp & de pluribus prædicãtur. Ad quod forsitã quis dicet. q̃ est igit Socratis spẽs,sm̃ quã esse Socrati existit? q̃ sine materia intelligit,genus aut spẽs est:an nõ est à Socrate species per intellm̃ separata,sed simul utrũq; est Socrates singulariter exñs unus,& nõ sic subsistens/ut homo. Propter qd̃ & Aristoteles non indiuiduorum aliquorũ noĩa posuit,puta Saturni sphærã,aut circulũ zodiacum,sed sphęram & circulum, quæ & aureis,& æreis,& cœlestibus cõgruũt. Et ego qdem existimo, ipsum nunc idearũ meminisse, oppositionẽ ex diuisione uolentẽ cõponere,siue enim separatę sint spẽs,ut qui ideas dicunt,siue inseparabiles plura uidẽtur,unaquaq; spẽ participãtia. ¶ Quidam autẽ Platonis amici ad Platonẽ aiunt ipsum respicere,quia quãtũ ex exẽplaribus,multi debebãt esse mũdi,siqdem ad utrũq; exẽplar,unde mũdum ostendi putat. Huius aũt suspicionis & Alexãder fuit, & insultat Platoni dicenti,ꝑpter unũ esse exemplar:unũ quoq; mũdum esse. nam & aliorũ/ait/oium, quorũcunq; sunt ideæ scd̃m ipsum idea est unũ exemplar. nõ enim & multi ipsi hoies,licet sint multa,quæ hñt eẽ ad ipm̃. cõtrariũ enim fortè magis ex hoc q̃ quod uult oñdere,siquidẽ esset sicut intellectualiũ aĩalium unũquodq; unum numero,sic & sensibiliũ,quod fit ad exẽplar,qd̃ in seipso cõtinet oĩa intellectualia aĩalia. unũ utiq; eẽt & ipsum,in seipso cõtinens oĩa simil̃r illi aĩalia sensibilia. Si autẽ scd̃m unũquodq; intellectualiũ animalium,sunt infinita sensibilia aĩalia,nõ adhuc necesse est ad exẽplar factũ quod oĩa intellectualia cõtinet aĩalia,cõtinere oĩa sensibilia. omnia enim sm̃ spẽm oportebit eẽ unum, q̃ ad illud fiunt. Non adhuc autem & oĩa sunt unũ numero,ut aũt multa scd̃m unũquodq; aĩal intellectuale,sensibilia aĩalia, ita seq̃tur,& mũdos sensibiles esse multos, uno existẽte exẽplari. Hoc Alexãdro dicente miror,q̃liter non attendit ꝙ non oĩa sensibilia sic se hñt,ut sm̃ unũquodq; intellectuale aĩal,multa sint sensibilia: nou enim multi sunt soles,neq; multæ lunæ,sed oĩa solitaria,q̃ cœlestia sunt aĩalia. Dicẽdũ igit ꝙ q̃libet eorum q̃ in mũdo existũt species,non solum in cœlo,sed & sub luna,una est unius exẽplaris. non enim sol solus est unus,& luna una,sed & homo unus,qui semp stans in mũdo p imaginẽ, & equus unus in his q̃ generãtur & corrũpuntur esse hñs:& hæ sunt cõia & species inseparabiles à materia,q̃s & Aristoteles cõfitet ęternas eẽ,nou existẽtes uidelicet primarias spẽs,nullum.n. naturaliũ est primarium,si quidẽ materia participãs spẽbus informatur,existente aũt participante,necesse est aliã qdem esse participationẽ,aliud autẽ id à quo participatio dat. ꝑpter quod nõ sunt primariæ spẽs quę sunt in materia,sed sm̃ silitudinem earum q̃ sunt primariæ in extremis formatis. eorum aũt quæ generãtur & corrũpuntur unũquodq; hoc quidem cõe,puta hõ esse,habet ab uno exẽplari:hoc aũt habet propriũ,ab ea q̃ cœlestiũ,& eorũ quæ sub luna,alias alia:facta etiam dispositione,à qua subsistũt indiuidua,indiuidua & ipsa exñte,& simplicitũ ꝑductrice ad quã assimilat. ꝑpterea sapiẽtes & genera,& species,& formas genitorũ describũt,ad cœlestes figurationes aspicientes,& eas q̃ ad illas uestigantes similitudines inde ꝑgenitorũ. quare & æternorũ unũquodq; & generabiliũ & corruptibiliũ,unum numero ad ꝑximũ assimilat exemplar. Et bene Plato ab hoc ꝙ est unũ mundi exemplar,& pfectum

intellectuale

intellectuale aial,unũ esse mundũ ostẽdit. Alexan.autẽ & alia opponit argumenta, nõ solum ꝙ ɔtingit,sed etiam ꝙ necesse sit plures esse mũdos dicentia,ad q̃ non adduxit solõnes,nisi fortè inducenda ab Aristotele putet & hæc soluere. Dicit igiẽ ꝙ mũdus,aut à cõditore factus ẽ,aut à natura,siue autẽ à cõditore,rõnabile est illũ & alios posse facere,ut uidemus in artificiatis, siue à natura,idẽ est dicere. Dicendum ꝙ si faciens fecit multos,aut oĩno similes,aut aliqualiter dissimiles:si oĩno similes,frustra essent multi,si autẽ aliq̃liter dissimiles, unus utiq; esset,qui ex oĩbus esset ꝑfectus. Secundo autẽ,ait,si in aliis impfectis,& modicũ ente participantibus , uidemus spẽm esse pluriũ perfectiuã, uerisimile est magis in optimo & pfecto hoc esse,sed magna ex parte unũquodq;,nõ erit perfectũ penitus,siquidem alia ꝑter ipsum habet. Tertio aũt,ait,si melius est optima esse,optimũ autem mũdus,& ab optimo genitus,rationabile est plures eẽ mundos,sed q̃ plura sunt,nõ possunt optima esse,nisi uno comprehendantur,quia omnium optimũ & bonum,unum est.

Esse quidem igitur alteram rationẽ eam quæ sine materia,& eam quæ in materia formæ,bene quidem dicitur,& sit hoc verũ, sed nihilominus nulla necessitas est,propter hoc plures esse mundos,neq; cõtingit esse plures, siquidem iste ex tota est materia,quẽadmodum est. Sic autẽ forte magis quod dicitur erit manifestum,sic enim simitas est curuitas in naso,aut carne,& est materia simitati caro , si ex omnibus carnibus vna fiat caro ,& existat in hac simũ,nihil vtiq; aliud neq; erit simũ,neq; cõtinget esse. Similiter aũt & si homini sunt materia carnes & ossa, si ex oĩ carne & oĩbus ossibus homo fiat, impossibilibus existentibus dissoluta esse,non vtiq; cõtinget esse aliũ hominẽ,similiter autẽ & in alijs. Omnino enim quorũcũq; est substantia in subiecta materia,horum nihil cõtingit factum esse,nõ existente quadã materia. Cælũ autẽ est singulariũ,& eorum quæ ex materia, sed si non ex parte ipsius cõstat. sed ex omni,esse quidẽ ipsi cælo,& huic cælo,alterũ est,non tamẽ neq; erit alius,neq; cõtinget factos esse plures, propter omnem materiam ab hoc comprehensam esse. restat igitur ostendere istud ipsum ꝙ ex omni naturali & sensibili constat corpore.

Hinc incipit soluere dubitationem,duas autẽ ꝓpõnes obiectio cũ acceperit,unam qdem dicẽtem, Com. 92. coeli aliud qdem esse spẽm,aliud autem cõpositum,qa sensibilis & materialis,& singulare est,alteram autem dicẽtem,quorũ aliud qdem forma & spẽs,aliud autẽ qđ simul utrũq;,horũ aut sunt,aut contingit plura fieri singularia. minorem qdem ꝓpositionem acceptat,reꝑhendit aũt maiorem,tãq̃ non necessario uniuersalr̃ positam. Non.n.quorũ aliud forma,& aliud simul utrũq;,necesse est plura numero esse,nam & si unũ aliquid ex tota materia cõsistit,uelut si nasi forma fm aquilinitatem ipsius uel simitatẽ,nata est fieri in carne,existẽte una numero,in omni fiet carne. Simil͛r aũt & si homini materia sunt carnes & ossa,si ex omni carne & oĩbus ossibus homo fiat,aliud qdem spẽm eẽ, & aliud qđ simul utrũq; in ipsis,uerũ est. Nõ adhuc autẽ & plura esse quæ specie hac participãt,si ex omni materia fit quod simul utrũq;. quare neq; aquilina multa,neq; hoies multos necesse est esse. q̃re maior ꝓpositio non necessario uniuersaliter ponitur. Valde autem diligenter apposuit {impossibilibus existentibus dissolui} quãuis enim ex omni carne,& ex oĩbus ossibus homo consisteret, dissoluerẽtur autem hæc,nihil ꝓhiberet cõpositis ipsis iterum & alias facto hoĩe,multos fieri hoĩes. Indissolubilibus uero manẽtibus his,nõ utiq; alium esse hoĩem possibile est,si materialis qdẽ homo,alia autẽ materia non est,ꝑter uni homini subiectã. q̃re & coelũ quãuis materiale,& sensibile sit,& ꝓpter hoc singulare,& alterum qdem ipsum sit ꝑter compositum coelo esse,& aliud huic coelo,hoc est singulari, aliud enim in ipso est species,aliud qđ simul utrũq;,non tamen ꝓpter hoc erit & aliud coelum,neq; continget fieri plures,quia hoc comprehendit totam materiam. Dicente autem Aristo. {omnino enim quorũcũq; est substantia in subiecta materia} notandum,ait,Alexan.ꝙ spẽm in subiecta materia dicit cõmunius tãquã subiecto aliquo indigente,cõsuetus.n.usus ipsi,aut dictũ est,ait,per hæc,q̃bus esse cũ materia est,& hæc quidem manifesta & dicta sunt mediocriter,sed siqdẽ,ait,spẽs in subiecta materia erit, erit & anima in subiecto . Quomodo igiẽ illud uerũ est nulla suba in subiecto dicta est in ꝑsentis. Et hoc quidẽ soluit bene. nam simul utrũq; suba materialis, & in seipsa existens, ipsa diciẽ non esse in subo. sed animæ exẽplum,frustra (ut existimo) positũ fuit & huius solius gratia, ad ostẽdendum, ꝙ etiã fm Aristotelem entelechia & species exñs anima,in subo est. siquidẽ in libro de anima duplicem entelechiã & speciem,ait,Aristo. hanc quidẽ separabilem,hanc autẽ inseparabilem,& de intellectu & speculatiua uirtute planè dixit, ꝙ uideẽ esse alterũ genus animæ & hoc solũ cõtingere separari,sicut æternum à corruptibili,& in tertio de fm actum intellectu animæ,ait,ꝙ iste intellectus

separabilis & īpassibilis & nō mixtus, substātia exñs actu. Hic uero planè de corporalibus spēbus sermo, & de his dixit, ꝙ quorūcūq; est sūba in sūbta q̄dam materia, horum nihil cōtingit fieri, non existente aliqua materia. Cum dixisset igitur solui obiectionē per hoc, ꝙ ex tota materia cōsistat cœlum uel mundus, ꝑponit ostēdere distinguēs primo, quot modis dicitur cœlum, & s̄m quod significatū cœlum dicimus mundum, quem proponit ostendere nunc, ꝙ ex tota materia consistat.

Dicamus autem primū quod dicimus cœlum esse & quot modis, vt magis nobis manifestū fiat quod quæritur. Vno igitur modo cœlū dicimus sūbam extremæ totius circulationis, aut corpus naturale q̄d est in extrema circūferētia totius. Cōsueuimus enim extremū & sursum maxime vocare cœlū, in quo & diuinum omne locatū esse dicimus. Alio autē rursus modo, cōtinuum corpus extremæ circūferentiæ totius, in quo luna & sol est & quędā astrorum: etenim hæc in cœlo esse dicimus. Adhuc autē aliter dicimus cœlum, cōtentum corpus ab extrema circūferentia, totū enim & omne cōsueuimus dicere cœlum. Tripliciter autē dicto cœlo, totum ab extrema circūferentia contentū, ex omni necesse est cōstare naturali & sensibili corpore, ꝓpter neq; esse vllum extra cœlū corpus, neq; cōtingere factū esse.

Com. 93. Tripliciter dici cœlum/ait/nam octauā sphæram cœlū ꝑcipuo nomine uocamus, quā ipse dupliciter determinauit, dicēs ipsam eē sūbam extremæ circulationis uniuersi, hoc est, extrema circulariter mota sūba, aut corpus naturale, quod s̄m extremā uniuersi circulationē, pro sūba cōiori existēte, naturale corpus trāsumens, ꝓpinquius existens ꝓpositi genus, & pro testimonio inducit cōsuetudinē uocātem cœlum quod sursum est maxime & extremū, si enim in cœlo diuinū omne locari dicimus, tanq̄ supreme omniū locatum ip̄m adoramus. Dicebat igitur & s̄m principia, quia omnes locū sursum, diuino numini assignāt, palā igitur ꝙ extremū & supremū cœlū maxime cœlū uocari putamus, utimur autē nomine & in alijs. Notat autē Alexan. ꝙ nō tanq̄ eodem existente q̄d sursum, & q̄d in circuitu extremo, sic dixit {quod extremū & quod sursum,} sed tanq̄ in ꝯsuetudine existēs, extremū illud sursum uocari. Quoniā & ip̄m quod sursum ad id quod deorsum cōtraponens, & leue, quidē sursum moueri dicens, graue autē deorsum, in circulo lunaris sphæræ ostendit esse q̄d sursum. Nam usq; illūc semp fertur supernatatiuū & leuissimū. s. ignis. Erit aūt/ait/& quod extremū, sursum, siquidem supra leuissimū est, sed qualiter in octaua sphæra omne diuinū locari dicimus, si diuinas etiā erraticas putamus? an q̄a diuino ubiq; q̄d summū assignantes, & totum cœlū diuinū putātes, s̄m summum ipsius effingimus, & cōuersio nostra ad diuinū, ad sursum tendens, usq; ad sup̄mum tēdit? an quia omnia diuina, primo disiuncta, & super mūdana existentia, sua natura, à primo & optimo corporum maxime cōtinētur? Scdm significatū cœli dicit, s̄m ꝙ planetarū cœlum dicimus. Hoc enim est, quod cōtinuū aut ꝓximum est corpus extremæ circulationi uniuersi, in quo sunt luna & sol & alia astra, quę dicūtur errare. Et ꝙ hoc cœlū dicimus, persuadet ex hoc, ꝙ hęc astra in cœlo dicimus nos. Diuisim autē nominationē firmamenti & planetarū tradens, dedit intelligere, ꝙ oē circulariter mobile & extremū, quod ad generabile & corruptibile diuisum est, cœlū dicimus. Nam & ipse tāq̄ naturā unam habente toto, & unum motū. s. circulationē cōmuniter ostendit de ipso ꝙ alia p̄ter ea quę sub luna elementa, quinta q̄dam est sūba cœlestis corporis, neq; grauitatē habens, neq; leuitatē, & ꝙ ingenitum hoc & incorruptibile est, cōmuniter ostendit, & iterū ostendet, & q̄re uno nomine totū uidet ipse uocans. Tertiū autē cœli significatū dicit corpus q̄d cōtinetur ab extrema circulatione, cū ipsa uidelicet extrema circulatione. Nam totū & omne cōsueuimus dicere cœlū, ut quod cōtinetur, sumat cum cōtinente & s̄m hoc totus mūdus cœlum dicitur. Et est etiā his qui ante Aristo. nomē cōsuetū. Nam in multis locis Plato cœlum mundū uocat, sicut in ciuili dicens. q̄d igitur cœlū & mundū nominauimus, & in Timæo. Totū itaq; cœlū, aut mūdus, aut aliud quodcūq; nominatū, maxime utiq; suscipietur, hoc nobis nominatū sit. Dicitur autē & mundus cœlū, aut quia s̄m principalissimū eorū quæ in ipso sunt, bene se habuit ip̄m sic nominari, ut homo ab anima, & anima rationabili ἄνθρωπος .i. homo dicitur ab ἀναθρεῖν .i. recolligere quæ uidit, & multa in unū colligere. Solus eni animaliū homo ex multis sensibilibus ꝓcedentia recogitās in unū coaceruat. si aūt & etymologiā cœlestis nominis qs intelligat, quā Plato in Cratyllo tradidit, quod cœlū est, id/q̄d sursum uidetur tāq̄ causas suas cōuertens, & manens in ipsis, merito & mūdus cœlum dicetur, à suiipsius causis dependēs. tripl'r itaq; cœlo dicto; tertiū hoc significatū est s̄m quod & mundum cœlū dicimus, hoc aūt esse/ait/quod dictū est, ex omni consistere naturali & sensibili corpore. Et cām apposuit, nam ꝓpter nō esse aliquod corpus extra cœlū, neq; cōtingere fieri. Si eni nullū est extra ip̄m corpus, palàm est ꝙ ex omni corporea cōsistentia est hoc. Hoc igitur iam ostēdendū, ꝙ neq; est aliq̄d corpus extra cœlū neq; cōtingit fieri.

Si

Si enim eſt extra extremã circulationem corpus phyſicũ, neceſſe eſt ipſum aut ſimplicium eſſe corporum, aut cõpoſitorum, & aut ſcđm naturam, aut præter naturam ſe habere. Simpliciũ igitur, nullũ vtiq; erit. Quod enim circũfertur oſtenſum eſt, quoniã non cõtingit permutare, ſuiipſius locum, ſed neq; q à medio fertur eſt poſſibile, neq; quod in medio ſubſtat, ſcđm naturam enim nõ vtiq; erit. Alia enim ſunt ipſorum ꝓpria loca, pręter naturã autem ſiquidẽ ſunt, alii cuidam erit ſcđm naturam qui extra locus. eum enim qui huic pręter naturã, neceſſariũ eſt alii eſſe ſcđm naturam, ſed non erat aliud corpus, pręter hęc. Non igitur eſt poſſibile vllũ ſimpliciũ extra cœlũ eſſe corpus. Si aũt non ſimplicium, neq; mixtorum, neceſſe eſt enim eſſe ſimplicia, mixto exiſtente.

Com̃.94.
Si eſt aliquod corpus extra extremũ cœlum, neceſſe eſt aut ipm ſimplex eẽ, aut cõpoſitũ, ſimplicia autem corpora ut ex ſimplicibus motibus oſtenſum eſt, ſunt qđ circulo mouet & quę ſup rectã, qđ à medio ſcilicet leue & ſupernatatiuũ, & quod ad mediũ. ſ. graue & ſubſidẽs. ſed quod qdem circulo mouetur, oſtenſum eſt/ait/Alexan. q neq; moueri aliquo pręter naturã motu poſſibile eſt ipm. Si autem hoc, palã, q neq; in alio loco poſſibile eſt ipm, aut eſſe, aut fieri, ꝑter eum qui circulo in quo eſt, ſed palã eſt q qui dicit extra extremã circulationẽ eẽ corpus naturale motũ, non hoc cœlũ extra ipm eſſe, aut fieri dicit, ſed magis alterius mũdi cõtentiuũ. Fortè igitur dicendũ, q oſtenſum eſt in ꝓcedẽtibus, unũ eſſe medium & unũ extremũ, extremũ autẽ eſt circulo mobile corpus, nõ utiq; erit extra extremum aliud circulariter mobile, ut nõ in hoc ſit omne extremũ, ſed & in illo, uariationẽ aũt non in natura circulo mobilis & extremi, acceptãs Alexander, ſed in hoc circulo mobili/ait/ipm non poſſe in alio loco, aut eſſe fieri, pręter eum in quo eſt, & quidẽ ut dixi, nõ hoc ꝓponebat oſtendere, q iſtud cœlum extra ſeipm nõ eſt, ſed q extra extremũ, & circulo mobile corpus hoc, nõ eſt aliud circulare corpus, ſicut neq; leue, neq; graue aliud extra hunc mundũ eſſe oſtẽdit, ſed nõ q quæ hic ſunt, non ſint extra ipſum. Quòd aũt neq; graue, neq; leue, neq; prorſus aliqđ eorũ quę ſuper recta mouenť, ſit extra cœlũ: oſtendit, ꝓprio iterum mõ oſtenſionis utens. Si. n. eſt, aut ſm naturã eſt, aut ꝑter naturam, utroq;. n. mõ nata ſunt hæc eſſe in loco. hæc. n. oſtenſa ſunt ſm naturam manere in loco in hoc mundo ad quem ſm naturã unũquodq; fertur, ſiqdem unum oſtẽſum eſt mediũ, & unum extremũ. ſi autem aliqs dicat, ꝑter naturã ibi eſſe aliqđ corporum recti motus, palã eſt q aliis corporibus erunt ſm naturam loca illa. Qui. n. alii ꝑter naturam, alii ſm naturã eſt, nullũ autem eſt aliud corpus ꝑter hæc ſimplex. Si autẽ nullum corpus ſimplex poſſibile eſt eſſe, extra hoc cœlum, neq; mixtũ utiq; erit. Nã mixta ex ſimplicibus cõponuntur & exiſtẽtibus mixtis, neceſſe eſt & ſimplicia eſſe. ¶ Attendendũ autem q totã hãc oſtenſionem depẽdentẽm ex prius oſtẽſis ꝓduxit, in qbus oſtẽndit eũ qui ſm naturam uniuſcuiuſq; corporum locũ, non ſolum ſpecie, ſed & numero unũ exiſtentẽ in hoc mundo eẽ, propter hoc circulariter mobile corpus oſtenſum fuiſſe/ait/nõ contingere uariare locum ſuũ, & corporum recti motus ꝓpria hæc eſſe loca, hæc. n. inſinuat dicẽs, alia. n. ipſorũ ſunt ꝓpria loca.

At vero neq; fieri poteſt, aut enim ſcđm naturam erit, aut præter naturã, & aut ſimplex, aut mixtum. Quare iterũ idem veniet ſermo, nihil enim differt cõſiderare ſi eſt, aut ſi factũ eſſe poſſibile eſt. Manifeſtum eſt igitur ex dictis, quia neq; eſt extra, neq; cõtingit factum eſſe corporis molẽ vllius: ex omni enim eſt propria materia totus mundus. Materia enim erat ipſi corpus naturale ſenſibile. Quare neq; nunc ſunt plures cœli, neq; fuerunt, neq; contingit fieri plures, ſed vnum & ſolum & perfectum eſt iſtud cœlum.

Com̃.95.
Oſtenſo q nullum eſt corpus extra cœlũ, cõſequẽter q neq; fieri poſſibile oſtẽdit, hoc. n. erat maxime ꝓximo ꝓpoſitum, q nõ ſolum eſt unus mũdus, ſed & qđ eſt impoſſe fieri plures. Qđ qdẽ oſtenditur per nõ ſolũ non eſſe corpus extra hũc mũdum, ſed & impoſſe fieri. Quòd autẽ neq; fieri poſſibile ſit, per eũdem ꝓceſſum oſtendit. Neq;. n. ſimplex, neq; cõpoſitũ, neq; circulo mobile, neq; quod recti motus, ꝓpter unũ eſſe medium, & unũ extremum, & eorũ q̃ ſm naturã unũquodq; non ſpẽ ſolũ, ſed & numero unũ eſſe. Dicit autẽ Alexã. q huius q nõ ſit aliquod corpus ſenſibile extra hũc mundũ, neq; poſſit fieri cãm aſſignauit hoc, q ipſe eſt ex tota ſua materia. Fortè autẽ cõtrariũ huius. ſ. q ex tota materia ſit hic mundus, cãm aſſignauit hoc/q nullũ corpus eſt extra ipm, neq; ſimplex, neq; cõpoſitum. Nã & obiectionem multos eſſe mũdos aſtruentem, ſoluẽs per hoc q ex omni materia mundus hic cõſiſtit, relinqui/ait/oſtẽdere hoc/q mũdus ex omni materia cõſtat. Qđ quidẽ oſtẽdit p hoc q neq; extra cœlũ eſt aliquod corpus, neq; cõtingit fieri. hæc igiť illius cauſa, ſiqdem ſit per cãm oſtẽ

sio.quáuis.n.seinuicem hæc cõsequantur.s.ex omni materia esse,& nihil extra relinqui,tamẽ hoc.s. nihil extra relinqui,nõ uidetur illud.s.ex omni materia esse.nam & omne diffiniẽtes,dicimus cui nihil deficit.Bene aũt dixit,nihil differre cõsiderare si est,aut si fieri possibile est.Nam possibilia fieri & maxime naturalia,& nõ impedita,fient utiq;,aut habẽt frustra posse.Quæ autẽ sm electionẽ possibilia sunt fieri,sæpe nõ fient,uariata electione,aut aliũde ꝓhibita.Nõ ociose autẽ intellexit Alexan.hoc {omnis mũdus} signum enim huius esse ex omni materia,omne dici mundum/ait/neq; enim sensibilis homo,omnis dicitur,neq; aliud aliquid præter mundum.

Simul autem palã,ꝙ neq; locus,neq; vacuũ,neq; tẽpus est extra cœlũ.In omni enĩ loco possibile est existere corpus.Vacuum aũt esse dicunt,in quo nõ existit corpus,possibile est aũt esse.Est aũt tẽpus numerus motus,motus aũt sine physico corpore nõ est,extra cœlum aũt ostensum est,ꝙ neq; est,neq; contingit fieri corpus.Manifestum igitur ꝙ neq; locus,neq; vacuum,neq; tẽpus est extertus.

Cõm. 96. Ostẽso ꝙ nõ est corpus aliquod extra cœlũ,ex hoc ostendit ꝙ neq; locus,neq; uacuũ,neq; tempus est ibi,in secunda figura cõcludens cõclusiones:in omni loco est possibile existere corpus,extra cœlũ impossibile est existere corpus,extra cœlũ ergo nõ est locus.& iterũ:si uacuum est,in quo nõ est corpus,possibile est aũt fieri,extra cœlum aũt non solum non est corpus,sed neq; fieri põt, extra cœlum ergo non est uacuũ.& ex tertia iterũ:tempus existens numerus motus,ibi semper est,ubi motus est, motus autẽ ubi corpus quod mouet.Si igit tempus est ubi & corpus,extra cœlum autem nullum est corpus, neq; fieri potest , extra cœlum ergo tempus non est , neq; fieri potest.¶ Stoici autem extra cœlum uacuum esse uolentes,per talem suppositionem probant ipsum.Ponatur enim in extremo firmamenti stantem aliquem extendere sursum manum,& siquidem extendit , accipiunt quòd est aliquid extra cœlum,ad quod manũ extendit.Si autem nõ possit extendere & sic aliquid erit extra,quod ꝓhibeat extensionem manus,& si iterum apud ultimũ illius stans extendat manũ , similis interrogatio fiet sicut prius.Nam aliqd ostendetur esse extra illud ens.¶ Alexã.autem/ait/ꝙ hoc non sit sanum,sic uti eo quod ostẽdetur,si est mundus omne,& nihil est extra omne,neq; extra mundũ aliquid erit.Non.n.adhuc omne erit,siquid fuerit extra ipm aliud.Quare neq; poterit quis extendere manũ ueniens ad extremum cœli.nam & hoc illius uenire aliquẽ est impossibile,etiam sm hypothesim,nam corpus circulo motum diuinum etiã impossibile,& nihil tale in seipso suscipere põt.Sed fortè hæc instãtia nõ necessaria,sæpe.n.supponuntur impossibilia,ꝓpter eã q̃ deinceps cõsequẽtiã rationis.Nam & Plato supposuit quẽdã in hypeccaumate stãtẽ,sm quod ignis natura maxime,& uersus terram habentem inclinatum caput & accipiẽtẽ uirtutẽ ut motus ab igne stet in lãces,& trahat librã sup aerẽ,atq est & hoc ĩpossibile,sed ut ostẽdat natura non esse deorsum,& sursum,& graue,& leue in sphæra,hoc supposuit inducit.n.subiacere in robore,duobus ergo suspensis lancibus hac minus magis,hac amplius minus,necesse est alicubi tensum sequi uiolentiã & hoc quidẽ graue & deorsum latum uocari,hoc autẽ paruũ,leue & sursum.Arist.quoq; in quarto libro transpositã terram in locum ignis supponit.Sed illud magis dicendũ,quod & ipse Alexan.ĩsinuauit, ꝙ si est mũdus oẽ,& nihil est extra oẽ,similis suppositio est,ac siqs in nõ ens conet extendere manũ,siue enim extendat est aliquis locus qui suscipit,& nõ iam non ens,siue nõ possit extendere,est ꝓhibens:locus igit suppositio est & quæsitum ꝑaccipiens phantasia ꝙ est aliquid extra oẽ,aut uacuũ, aut solidũ:ex ipso autem ait/Alexãder uacuo qđ supponũt,interimũt esse uacuũ.Si enim possibile est extra mũdum uacuũ eẽ, hoc aut finitũ est, aut infinitũ,sed siqdem finitum,ab aliquo finit. & tunc iterũ de termino uacui,idẽ sermo q̃retur,extendet aliquis manum,aut nõ extendet.Quid enim diceret, si autẽ infinitũ sit, sicut Chrysippo uidebat,uacuũ aũt est spatiũ potens suscipere corpus,& nõ suscipit, q̃ autẽ ad aliqd sunt necessariũ est,si alterum sit,& alterũ esse.igit si est quod põt suscipere, erit utiq; & qđ suscipi potest, aut contingit esse.Corpus autẽ neq; ipsi dicũt,neq; est infinitũ quod possit suscipi ab infinito uacuo, neq; igit est aliqd qđ ipm suscipere possit.¶ Xenarchus aũt posse suscipere,trãsmutauit in susceptiuũ tanq̃ sic soluẽs eam q̃ in ad aliqd illatã incõuenientiã positione, nõ tamẽ plus aliqd trãsumptio fecit. Nam susceptiuũ nihil aliud est,q̃ potens suscipere, tale aũt ens manet ad aliqd ens . Adhuc/ait/si est in uacuo infinito mũdus,q̃ est causa ipsi manẽdi? Nullum enim corpus inclinationẽ habẽs possibile est manere non ꝓhibente aliquo extra,si nõ in ꝓprio loco fuerit.uacui aũt nulla differẽtia, ut sit ipsius hoc qdem ꝓpriũ,ut in ipso corpus sit,hoc aũt non.Si autem nõ manet mũdus,sed fertur,cur ad hoc magis q̃ ad hoc fertur,in differenti existẽte uacuo? si autem oĩquaq; feratur diuideret utiq;,neq; enim Deus rationabilr seipsum erit opponens ipsis,nam ignis existẽs,fertur & ipse motu ignis,an non talẽ dicimus ignem ipm incorruptibilẽ ipsum supponentes,dicent utiq; ad Alexandrũ? dicere autẽ/ait/à

spiritu otineri mūdum, extēso per totū & detineri in uacuo(ubi eni?) uaniloquiū est. Oportet enim & aliorū corporum unūquodq; à spiritu cōtentum, nō moueri sm locum. Adhuc spiritus ad nō distrahi ptes quidem eius in quo est cooperabit, utiq; cōtinens ipsum. Non adhuc uero & ad nō ferri. per se mobilis existens & nulli corpori ad eam quę sm naturā inclinationē impedimēto existēs. Praeterea dicere unūquodq; corporū à spiritu aliquo cōtineri, falsum est, ut est in aliis/ait/à nobis ostsum. Criminat aūt Alexāder & fantasiā manus sequētes & uerū putātes quod dicit. Multorum enim/ait/& impossibiliū phantasiā habemus. Nam & unusquisq; seipm extra ciuitatem phātasiabit, & magnitudie multiplicē, aut minimū, & miliarē. Platone autē duas cās assignāte, q̄re unus solus sit mūdus, unam qdem ab exēplari, ut enim/ait/sm unitatē simile sic perfecto aiali, ppter hoc neq; duos neq; infinitos fecit mūdos cōditor, sed unū hoc unigenitū cœlum & est & erit. Si enim aliqs alius esset, non utiq; esset psectum istud in sensibilibus, sic in itellectualibus exēplar, sicut & paulo ante ostēdere conabatur, unius semp exemplaris unā esse imaginē, ad quod pxime & principalr assimilat. Alterā aūt causam Plato assignat, q̄re unus sit mūdus, hanc quā Aristoteles accepit, scilicet ex oī corporea cōsistētia esse ipm, ut autē & in his cōsistentia uideat Aristotelis ad doctorē, & usq; ad ipsa noia inuariatus, & haec Platonis uerba pponam. Horū itaq; q̄tuor unūquodq; totū accepit ad mūdi ɔsistentiā. Nam ex igni oīquaq; & aere, & aqua, & terra, istituit ipm institutor, partē nullā nullius neq; uirtutē extrinsecus relinquēs, hęc meditatus, primo qdem ut totum q̄ maxime psectum, & ex psectis partibus sit. Adhuc aūt unum tanq̄ nō relictis, ex qbus fiat aliud tale. Adhuc aūt & ut nō senescēs & nō aegrotās. Deinde paucis appositis inducit. ppter hanc itaq; cām & rōcinationem hanc, unum totū ex totis in omnibus psectum & nō senescēs & nō ęgrotans ipsum instituit. Haec & Aristo. ipsis dicit uerbis quia ex omni sua materia cum sit mūdus, unum & solum & psestum est cœlum istud.

Propter qđ neq; in loco esse, q̄ ibi eē apta nata sunt, neq; tēpus ipsa facit senescere, neq; est vllius transmutatio eorum q̄ ferūtur maxime extra ordinata latione, sed inalterabilia & īpassibilia, optimā habentia vitā & per se sufficientissimā, degunt oī aeuo. Etenim hoc nomē diuine enūtiatum est ab antiquis. Finis enim cōtinet vniuscuiusq; vitae tēpus, cuius nihil est extra scđm naturā euum vniuscuiusq; vocatū est. Scđm autem eandem rationē & totius cœli finis, & omne infinitū tēpus & infinitatē cōtinens finis, aeuum est, à semper esse sumēs denominationē, imortalis & diuinus. Vnde & aliis cōcatū est his quidē clarius, his autē obscurius esse et viuere. Eteni quēadmodū in circularibus philosophimatibus, circa diuina multotiēs declaratū est rationibus, q̄ diuinū intrāsmutabile necessariū est esse omne, primum & sūmū, quod sic se habens testificatur dictis. Neq; eni aliud melius est qđ mouebit: illud enim esset diuinius. neq; habet prauū quicq̄, neq; indigens eorū quę ipsi conueniunt bonorū vllo est. incessabili itaq; motu mouetur rationabiliter. omnia enim quiescunt quae mouētur, quādo venerit in pprium locum. Eius autē quod circuit corporis idem est locus vnde incepit, & in quē desinit.

Com.97.

Alexā. ea q̄ hic dicunt, uel de primo mouēte dici/ait/quod qdē uidetur eē extra oē corpus, ut qui in nullo sit, nō est enim in loco icorporeum, aut in octaua sphaera, & magis de hac intelligit oia usq; illuc. eius aūt qđ circuit corporis idē est locus, unde incepit, & in quē desinit. Ostenderat enim/ait/in naturali auditu, q̄ nō est in loco. quia locus quidē est terminus ɔtinētis, hęc autē nō ɔtinetur ab alio corpore. In tempore uero sunt q̄ à tēpore cōtinētur, tāquā in parte eius subsistentia. si igit neq; aliqd corpus est extra ipm, neq; tēpus cōtinēs ipsius esse, neq; in loco utiq; erit, neq; à tēpore utiq; senescet. & est hoc ei quod à Platone dictū est cōueniens. haec aūt, sup eam q̄ maxime extra lationem. Siquidē ait/dicit de pma cā, utiq; dicet de ea, q̄ supra circulationē octauae sphęrae. Si aūt dicit de diuino corpore hic: extremā utiq; lationem dicet ultimū corū qui sup recta sint motuū. Nam motū eorum q̄ sup rectā, cōsueuit dicere lationē, circularē autē, circulationē, supra aeternā igit lationem est circulo mobile corpus, quod neq; in loco, neq; in tēpore, aeternū existēs & nō senescens/ait. Nam & simul oē quidē diuinū corpus nō est in loco, ptes autē ipsius sunt in loco. s. planetarū sphaerae. Cum aūt dixisset { optimam & per se sufficientissimā uitā habētia diuinae pseuerāt } uult à toto ęterno, & à nomine aeui statuere īmortalitatē & perpetuitatē. Et primo cōiorem aeui significationē dearticulās, ab hac ad pprie dictā redit. aeuū enim uniuscuiusq; dicimus psectionē Homerus, tēporis uitae uniuscuiusq;, cuius nihil est extra sm naturā. uir ab aeuo iuuenis periisti/ait/cōtentiuā hoc est ante psectionem sm naturā inlatentis termini tēporis. Magis autē pprie ęuū dici/ait/Aristo. totalitatē & psectionē coextensam cū infinito tpe totius cœli. istud enim iuste à semper eē denoiationē accipiens imortale & diuinum est.

Et his quidē q̄ ꝓxime & ꝓprie participāt ipsius ꝑpetuitate & ęternitatis est cā habēs & ↄtinens in se ipso totū tēpus, aliis autē partialē uitæ extensionē largit̃, oībus enim ab ipso ꝓuenit esse & uiuere, his quidem clarius, his autē obscurius. Nouit aūt & ante hæc æternitatē Aristo. in metaphysica existentē uirtutē primi apud ipm intellectus, quā Plato exēplar tēporis/ait/ hāc. n. in uno manentē sm naturam dicit ꝓcedentē æternā imaginē tēporis ↄstituisse. A cœlesti aūt æuo depēdere/ait/ eē oībus q illius motus ē oībus q̄ in generatiōe sunt causa eēndi. Qđ aūt sit ęternū qđ diuinū, testant̃/ait/ & q̄ in circularibus philosophimatibus ꝓmulgata in sermonibus, ꝗ diuinum intrāsmutabile necessariū eē, omne qđ primū & summū, si autē intransmutabile/& æternū. circularia philosophimata uocat. q̄ sm ordinem doctrinæ à principio multis apponunt̃, quæ & exteriora uocare cōsueuit, sicut auscultatoria ordinata, q̄ magis studiosa. dicit autem de hoc in his quę de phia. uniuersalr. n. in quibus est aliqd melius, in his est aliquid & optimum. Quoniā igit̃ est in entibus aliud alio melius, est ergo aliqd & optimū, quod qdem erit & diuinum. Si igit̃ qđ trāsmutat̃, aut ab alio trāsmutat̃, aut à seipso, & si ab alio, aut à meliori, aut à deteriori, si autē à seipso, aut ut appetens ad aliqd deterius, aut ut appetēs aliquid melius. Diuinū aūt, neq; melius aliqd habet à quo trāsmutet̃, illud. n. utiq; esset diuinius, neq; à deteriori melius pati pōt, & etiā si à deteriori, prauū utiq; aliquid assumeret, nihil autē in illo prauū, sed neq; à seipso trāsmutatur, tāq̄ appetens aliqd melius, q̄ seipsum, atqui nec aliquid deterius, quādo neq; homo uolūtarius seipm deteriorem facit, neq; habet aliquid prauum quod ex trāsmutatiōe ad deterius assumat, hanc autē ostensionem ex secūdo politiæ Platonis Aristoteles trāsumpsit. Dicit enī in illis Plato. igit̃ necesse est si aliqd egredit̃ à suiipsius idea, aut ipm à seipso trāsmigrare, aut ab alio. igitur ab alio qdē q̄ optime se habent minime alterant̃ & mouent̃, uelut corpus ab esculentis uel poculentis, & laboribus. Deinde hoc oñso inducit, sed fortè ipse seipm transmutabit, & alterabit. Palàm est inquit si alterat̃. utrum igit̃ ad melius & honestius trāsmutat seipm, aut ad deterius & turpius se ipso, necesse est inqt ad deterius si alterat̃, nūquid. n. deum dicemus indigētem esse pulchritudīe aut uirtute, & ostenso ꝗ nullus uoluntarie seipm deteriorem facit/intulit. Sed ut uidet̃ pulcherrimus & optimus existens, quātum pro uiribus unusquisq; manet simplr in sua forma. Rōnabiliter aūt/ait/& motum ipsius ęternū esse, omnia. n. quiescūt quæ sm naturā mouent̃, quādo uenerint ad ꝓprium locum ex alio. Et est principium qdem motus ipsis in alieno loco existētibus, finis autē in ꝓprio loco factis. Corporis aūt qđ circulariter mouet̃, idem locus & principiū & finis est motus, ꝓpter qđ semper in fine, semp in ꝓprio loco, & in suo bono est, ꝓpter esse aūt semp in principio, incessabilē habet motum: nihil. n. in principio cessat, hæc oīa quæ dixi à principio lr̃æ, usq; ad finem, de circulariter moto corpore intelligere magis uult Alexā. Posteriores autē expositorū, oīa ut de imobilibus causis cœlestia mouentibus dicta uolunt intelligere. Sed ꝗ nō oīa de cœlesti corpore intelligi sit possibile, manifestū est (ut existimo) ex ꝓxime dictis. ostēso. n. ꝗ nullum est corpus extra cœlū, & ostensis etiā his, cōcludit in hoc ꝗ/ait. Manifestū ergo ꝗ neq; locus, neq; uacuum, neq; tp̃s, est extra cœlū, tunc tāq̄ corollarium q̄si ex dictis inducit. {Propter qđ neq; in loco quæ ibi nata sunt, neq; tēpus ipsa facit senescere etc.} Palā ꝗ quæ ibi dicit extra cœlum, nā qūo cœlum extra cœlum dicet̃? Quomō autem diceret aliquis nullius cœlestium esse trāsmutationē, uidens motū sm locum incessabilē? Sed neq; supra maxime extra ordinata lationem cœlestia dixisset, nā & circulariter ferri ipsum dicit sæpe/& nō semper circūferri. Dicit. n. in p̄cedētibus, alius autē est motus eius quod circulo fert̃, qui qdem est extremus, Quomō etiā primū & summū diuinū cœlū diceret, aut quomō non erit aliqd aliud melius cœlo qđ mouebit ipm? Siqdem imobilis causa melior est, q̄ perpetuus motus, cū sit causa ipsi. Qđ aūt omnia de intellectualibus causis intelligere est possibile, palā ex eo ꝗ sm eandem rōnem, & ꝗ omnis cœli finis, & adhuc magis q̄ in fine, quæ ostendūt rōnabiliter incessabili motu moueri cœlum, sed qđ quidē obscure sit dictū, manifestū est. Non. n. uiri excellētes tātam haberent de ipso dissonātiā. Fortè autem de intellectualibus dictū est, tāquā supra corporalem naturā existētibus, & sic dictis extra ipm. Nam quādo q̄rebat, si est aliqd extra cœlum, nō tāq̄ extra locum significet/dixit. Tradens aūt æui significatum, quod ꝓximum nobis qđ cōtinet tp̃s uitæ uniuscuiusq;, ascendit ab illo ad cœleste æuū dicens. Scđm eādem autē rōnem & qui oīs cœli finis, & ꝓpter hoc nunc cœli meminit. Deinde ab hoc ad supermūdanum æuum/quādo dicit, & omne tp̃s & infinitatem cōtinens finis/æuū est, & ꝗ principalissimū hoc, à quo & esse & uiuere clarius qdem cœlestibus ꝓuenit, debilius aūt sublunaribus, & itrāsmutabile oīno diuino attestans primo & summo de intellectualibus & imobilibus principiis uidetur dicere de mouentibus cœlestes sphæras. Nā & qđ de multis dicit, isinuat {primū & summū} sed, & {nihil esse melius qđ mouebit ipm} illi magis q̄ cœlo cōuenit. Nam cœlū mouet imobilis cā, existens melior ipso, & siqdem illud de intellectualibus dictū est. s. neq; est ullius trāsmutatio eorum q̄ ferunt̃ supra maxime extra ordinatā lationē, illis attestari/ait/qđ in circularibus philosophimatibus,

sæpe ꝓmulgatur ꝙ diuinum sit intrāſmutabile omne primū & ſupmum. Hoc autē, inceſſabili itaq; motu mouetᷓ rōnabiliter, dicitᷓ qdem planè de cœlo, ſiquidem ſic ſcriptum eſt, & uidetᷓ coaptari ꝓcedentibus, tāquā de eodē, & hoc dictū ſit: quia.n. nō apponitur quid ſit qđ inceſſabili motu mouetur, de eodē dici uidetᷓ. Qualiter aūt erit de eodē dictum, ſi illud qdem itrāſmutabile oſtēſum eſt, & neq; aliud eſſe melius qđ mouebit ipm, hoc autē inceſſabili motu moueri rōnabilr? Si autē putat aliqs illud dici intrāſmutabile ſm alias trāſmutationes ꝑter q̄ ſm locum, miror Ariſto. diligētiā ut dicat de his quæ ſm locū mouenᷓ, ꝙ neq; eſt ullius tranſmutatio. ſed qđ fecit & priora de cœleſtibus ſuſpicari, hoc maxime uerbū eſt. ſ. {inceſſabili itaq; motu mouetᷓ rōnabiliter} & cōtinua his uerba ſunt manifeſta. Si uero ſit hæc ſcriptura, ut in qbuſdā inueni exemplaribus {inceſſabili itaq; motu mouet rōnabiliter} ſed nō mouetur ut Alexādro uidetᷓ, & hoc & oīa ꝓcedētia poſſibile eſt ſine uiolētia ad itellectuales & imobiles cauſas, & extra mūdū dictas, tāquā ſup mūdanas reducere. Quia.n. intrāſmutabiles & imobiles ſunt illę, ꝓpter hoc inceſſabili motu, quæ ꝓxime ſunt ab ipſis mouenᷓ, cœleſtia. Nā mouente ſemp eodē, & eodē mō ſe habēte, & qđ ꝓxime ab ipſo mouetᷓ, per ſummā idoneitatē ipſi cōiunctum, inceſſabiliter mouetᷓ. Cōius autem circularis motus oſtenſus eſt in octauo de naturali auditu. Sed & qa circulariter mouetᷓ cœlum, ad itellectum cōuerſum, & illius idētitatē appetens, & ea q̄ ſemper eadem & eodē modo ſe habet operatiōe participās, & ꝓpter hoc inceſſabili motu mouetᷓ. Nā quæ ſuper recta mouenᷓ, habētia aliud principiū motus, & alium finem, mouenᷓ quidē à principio, ceſſant autem ad finem & ad propria uenientia loca. Corporis aūt qđ circulo mouetur, quoniam idē locus eſt, unde incipit & in quē deſinit, quatenus quidē ſemper in fine ſemper in proprio fine eſt, quatenus autem ſemper eſt in principio, ſemper mouetur ad finem.

His autē determinatis dicamus poſt hoc, utrū ingenitus, an genitus, & utrū incorruptibilis an corruptibilis ſit pertrāſeuntes prius aliorū ſuſpiciones. Cōtrariorū enim demonſtrationes, dubitationes de cōtrariis ſunt. Simul autē & magis erunt credibilia dicenda præaudiētibus dubitatorū ſermonū iuſtificationes. Gratis enim cōdēnare uideri minus nobis exiſtet. Etenim oportet inquiſitores, ſed non inimicos eſſe, iudicaturos uerum ſufficienter.

Duo cum ꝓpoſuiſſet oſtendere de mundo. ſ. ꝙ unus eſt, & ꝙ ingenitus & incorruptibilis, oſtēſo priori trāſit nunc ad reliquū. Et primo ſicut cōſueuit, aliorū de propoſito opiniones cōſiderat, multiformes exiſtētes, ut uidetur. nam hi quidē genitū & incorruptibilē uidētur dicere, hi aūt ingenitum & incorruptibilem, hi uero genitū & corruptibilē, nam ingenitū qdem ipſum, corruptibilē autē eſſe, nullus hactenus uidetur auſus fuiſſe dicere. Hoc autē. ſ. ꝑmiſſas aliorū opiniones prędiſcutere, ſemp quidē uidetᷓ facere Ariſtoteles. nunc autē utilitates, quas nobis exhibet hoc, appoſuit tres, aut q̄tuor exiſtentes. Primā quidē & principaliſſimā, ꝙ non eſt in ueritate abūdare argumentis eū qui nō prius multiformiter dubitauit, ſicut & in aliis docet ipſe. nam cōtrariorū dogmatū dubitationes, demōſtrationes de cōtrariis ſunt. nam ſermones qui uidenᷓ oſtendere ꝙ genitus ſit mūdus, dubitationes ſunt ad oſtendentes ingenitū, quia qui uult obiectionibus abundare, cōtrarias inuicē opiniones cōſideret, & aſtructiuas ipſarū rationes. ¶ Secūda autē utilitas hęc. ſ. ꝙ quæ ſunt à nobis dicenda, magis credibilia uidebūtur audientibus, quādo non quæ à nobis ſolū, ſed amborū dubitatorū & quæſitorū ſermonum. ſ. noſtrarū & cōtrariorum ipſi iuſtificationes, hoc eſt demōſtrationes audierint. Hoc autē his qdem qui noſtros ſermones audituri ſunt & doctrinā certiorē efficit, ꝓpter obiectionū copiā, & fiduciam firmiorem, tanq̄ neq; illa nobis ignorātibus. Nobis aūt minus utiq; exiſtet uideri gratis iudiciū ferre de cōtrariis, ſi ipſorū demōſtrationes expoſuerimus & manutenuerimus ipſas quātū fieri pōt. Qđ quidē & Plato maxime facit. nullus enī Callicles, aut Thraſymachus, aut Protagoras, ſic pſuaſibiliter ſua uerba excogitauit, ut Plato ipſe. Illud aūt cōdemnare qđ gręce καταδικάζειν pro καταψηφίζεσθαι; dictum eſt, qđ idem ſignificat paſſiuū pro actiuo dictū, ſed & gratis cōdēnare eām inducit bene. nam arbitros ait non aduerſarios oportet eē iudicaturos uerū ſufficienter. quomō autē iudicare poſſibile eſt eum qui contrarias rationes non audit? Com. 98.

Genitum igitur omnes eſſe dicunt, ſed genitū hi quidē ſempiternū, hi autē corruptibilē, quēadmodum & quodcūq; aliud natura conſtitutorum, hi autem viciſſim quandoq; quidem ſic, quandoq; autem aliter ſe habere corruptum, & hoc ſemper efficere ſic, quemadmodum Empedocles Agrigētinus, & Heraclitus Epheſius.

Cōmune oppōnis priorū cum dixiſſet, hic inducit differentiā, nā de hoc ꝙ genitus ſit mūdus oēs Com. 99.

concordare dicit,& Theologos & naturales.dicentiũ etiá genitum ipm,hi qdem ęternum dicunt,ut Orphęus & Hesiodus,& post ipsos Plato, ut/ait/Alexáder.alii aũt genitũ, dicũt ipm & corruptibilé, dupliciter auté hoc,hi enim sic corruptibilé, sicut quodcũq; aliud cõsistentiũ indiuiduorũ,ut Socratem corruptum.s.& non amplius redeunté. Quidá auté uicissim generari & corrũpi eundé,& iterũ generatum iterum corrũpi dicunt,& æterná esse talem successioné , sicut Empedocles dicens amicitiam & litem ex parte obtinétes, hanc qdem cõgregare in unũ omnia,& corrũpere litis mundũ,& facere ex ipso sphærũ.Litem aũt disgregare iterũ cũcta,& facere hũc mundũ. Hoc aũt Empedo.significat dicens.alias quidé amicitia cõuenire in unũ oĩa,alias auté rursum seorsum singula deferri litis inimicitia,hac iterum penetrante ex uno plura efficiũtur,sic quidé generanť & nõ ipsis impediť æternitas,hac auté uariata circulo,nũq̃ desinunt,sic auté semp fiunt imobiles fm circulũ.Heraclitus autem quádoq; quidé exuri dicit mũdũ, quádoq; aũt ex igne iterum cõsistere ipsum, fm quasdá periodos temporum in qbus/ait/mésuras accédés & mensuras extingués. Huius auté opinionis posterius fuerũt Stoici,sed isti quidé dimittanť. Quòd auté Theologi nõ tanq̃ à téporali principio, sed táq̃ à causa factiua dicunt generationé mundi,& hũc fabulose,sicut & alia,palá est:Empedocles aũt q; duos mũdos insinuet,hunc quidé unicũ & intellectualé,hũc aũt disgregatũ & sensibilem,& q; etiá in hoc mũdo unioné uidit & disgregationé in aliis (ut existimo) mediocriter ex ipsius uerbis ostésum est.qui enim illa dicit,ut uidetur de generatione mũdi,etiá hæc scripsit.Mundũ hunc neq; aliquis deorum, neq; aliquis hominũ fecit,sed erat semper. Verũtamen Alexáder uolens Heraclitũ dicere mundũ genitum & corruptibilé,de intelligibili mũdo sic ipsum dixisse nũc ait.Non eni est repugnátia/ait/sic dicere ut in opinione.Mundũ enim hunc,nõ hanc dicit mundi dispositioné, sed simpliciter entia,& horũ ordinationé,fm quá ad utrũq; in pte trásmutatio uniuersi,qñq; qdé ad igné,qñq; auté ad talé mũdũ.Nam talis est horũ in parte trásmutatio,& talis mũdus nõ incepit aliqñ, sed erat semper. Et hoc etiá apponit Alexan.q; qui dicũt quádoq; qdem sic omne, quádoq; auté aliter habere,alterationé magis uniuersi,q̃ generationé uniuersi dicũt.Qui auté/ait/genitũ & corruptibilé dicunt mundũ,ut qdcũq; aliud cõsistétium esse possunt qui Democritũ secuti sunt, ut enim unũquodq; aliorũ generať, & corrũpitur fm ipsos exceptis atomis. Vt eni in aliis quod generať,non idem est corrupto,nisi forte fm speciem,ita & de mũdis dicunt.Si auté atomi idem manent,impassibiles existétes:palá q; & isti, alterationem dicent mundorũ,sed non corruptioné,sicut & Empedocles uideť dicere,& Heraclitus. Pauca autem ex dictis Aristo.de Democrito trãscripta manifesta faciũt uirorũ illorum menté.Democritus existimat naturá æternorum esse paruas substantias multitudine infinitas. His auté supponit alium locum infinitũ magnitudine. Appellat auté locum quidé his nominibus, uacuo nullo,& infinito,substantiarum aũt unáquáq;/pleno/solido/& ente.Putat auté sic esse paruas substantias,ut effugiant nostros sensus,inesse auté ipsis omnimodas formas,& figuras omnimodas,& fm magnitudiné diuersas,ex his igitur iam sicut ex elemétis generari & cõcerni oculis apparentes & sensibiles moles, dissipari auté & corrũpi in uacuo ,ppter dissimilitudiné & alias differentias dictas, motas auté incidere & cõplicari cõplexione tanta, aut cõtingere quidé ipsa & ,ppe inuicé esse.naturá uero unam ex illis fm ueritatem nullatenus generari. nam stultũ esse duo aut plura fieri unq̃ unũ.cõmanédi auté substantias inuicé ad tépus pro causa ponit adiunctiones & receptiones atomorũ. Nam has quidé ipsorum esse scalares,has aũt hamosas,has auté cõcauas,has uero gibbas,alias auté hñtes inumeras differétias. Interim igitur tempus ipsa cõtinere putat ut cõmaneant,donec ualidior aliq̃ ex cõtinente necessitas adueniens dissoluat, seorsumq; ipsa dispergat. Dicit aũt generationé & cõtrariá ipsius disgregationem non solum de aĩalibus,sed & de plantis & de mũdis, & summatim de sensibilibus corporibus omnibus.si igiť generatio cõgregatio atomorũ est,corruptio aũt disgregatio,etiá fm Democritũ alteratio utiq; erit generatio. Ná etiá Empedocles qđ generatur nõ idem esse cum corrupto/ait/nisi fortè fm spém, & tñ hunc alterationé sed non generationé supponere/ait/Alex.¶ Attédere aũt in his rogo,q; nullus antiquorum narratur corruptionem mũdi talem dicere, qualem nunc aliqui dicunt ut corruptus non amplius redeat.

Factum esse igitur , sempiternũ tamẽ esse dicere,est impoßibiliũ.Sola enim hæc ponenda rationabiliter, quęcũq; in multis,aut omnibus videmus existentia, de hoc autem accidit contrarium,omnia.n. quæ generantur,& corrumpi videntur.

Narratis de generatione uniuersi & corruptione opinionibus, & uolens discussioné ipsarũ facere
Cõ.100. aduersum primos obsistit,ponentes genitũ quidé,sed icorruptibilé,quorũ erant & Theologi, & Plato,ut/ait/Alexáder.¶ Sciendũ auté q; Arist.fm antiquam cõsuetudinem,ad apparens instat sepe,quá

do hoc superficietenus acceptū non consonat ueritati,facit autē hoc,auxiliū ferens intelligentibus superficialibus antiquorū sermones, quoniā & Theologi fabulose mūdi generationē dicebant,sicut & ipsorum deorum sm substantiā ordinem per prius & posterius generationis insinuantes,& ꝙ Plato genitum ipsum ut sensibilē dicit & corporeū, quia tale ꝑducere seipsum in esse non potest,& ab alio hypostasim habet.s.faciente ipsum , & etiā quia ꝑpter corporalē substantiā non potest simul loco & tempore totū esse,quoniā id quod est,genitū subsistit. Hæc igitur Aristo.nouit.nam Platonis notans Timæum scribit/ait aūt genitum esse,sensibilem enim,qđ aūt sensibile,genitū supponit,quod autē intellectuale,ingenitū,non sic igitur genitū,ut ex tēpore aliquo genitū, nam sic genitis ꝑexistere tēpus necesse, siquidē in aliquo tēpore hypostasim accepit,ut est dicere, ante nūc per sex millia annorū, aut quotcūꝙ annorum.Plato autē ꝓnunciauit planē:ꝙ tēpus cum cœlo est factum.Si igitur omnis accepti temporis sm instans subsistens, ꝑexistit semper prĕteritū tēpus, sicut sequitur semp futurū, neꝗ principium tēpus habet,neꝗ finē habet,quare neꝗ mundus sm dicentem, tēpus cum cœlo factum esse.Quare neꝗ ad Theologos,neꝗ ad Platonē tendunt Aristo.instantiæ,sed obuiat ad sic suscipiētes dicta antiquorū,ut genitū quidē ex tempore aliquo putent mundū,incorruptibilē autē.hoc ergo ut uere incōueniens bene est ab Arist.redargutū. ¶ Alexan.autē Aphrodisieus,nō sic dicta Platonis intelligens,ut Aristoteles intellexit, neꝗ intelligens cōsequentia circa intellectus ipsorū, sed à principio ut uidet̃ aduersus dicta Platonis suspecte dispositus, sicut parū ante nos qdā aduersus dicta Aristo. nō uult opininoē ipsam dirigere,sicut Aristo.qui neꝗ meminit omnino nominis Platonis,nisi raro, sed in ius trahit Platonem.Necessariū est igitur eum,qui Aristo.placere semp studet,& eius uerba intelligere sm expositionem ipsius ꝓpriam,atꝗ interpretari,paruipendere q̄ ab ipso dicunt̃,& non cōsiderare.Quòd aūt/ait/& Plato huius opinionis fuerit,& nō ut qdam aiunt physicorū mundū existētem igenitum sm ipm,genitū dici eo ꝙ in generatione est hac ex ipsis,q̄ à Platone in Timęo dicūtur, cognoscet qs,sic enim genitū,ut isti uolunt mundū ab ipso dici qđ ens est qdē,genitū aūt nūq̄.diuidēs nāꝗ entia/ait/quid est semper ens,generationē aūt non habens,& quid est fiens/ens aūt nūquā.in mūdo aūt nō ex eo quod est generari utitur, sed eo qđ est genitū. nam à principio ꝓponit inquirere nō si fiens,sed si genitus,aut ingenitus,dicit enim. Nos aūt sermones de omni facturos,si genitū est, aut ingenitum,& parū ꝓcedens determinans idem ꝓblema, utrū erat generationis principiū nullum habens,an genitum est,ab aliquo principio inchoans.Proponens aūt de hoc inquirere cōsequenter ostēdit,ꝙ genitus est, scilicet à principio aliquo inchoās, hoc enī erat ꝓpositū, quod nō est aliud q̄ quod sm tempus erit.nam & si quod fit adhuc, nōdum genitū est,quod genitum est,non adhuc generat̃, genitum aūt mundū esse dicit,non ergo fiens est.etenim si ita diceret genitū mundū,tanq̄ ingenerari habentem esse:oportebat ipm suscipere,& corruptibilē esse,nam ei qđ sic generatur,cōueniens est ut generet̃ & corrūpatur.Dicens aūt ipsum genitum,nō adhuc cōcedit ꝙ corruptibilis sit,si enī sic diceretur tanq non incorrūpi habens esse,neꝗ generari ipm illo modo:adhuc dicit,Copulata est enim talis generatio,tali corruptiōi.si aūt corruptibilē ipsum sm tēpus dicit, palā ꝙ & in generabilitate utiꝗ erit sm tempus facta. nam sic corruptibili, sic generabile opponit̃. Adhuc qđ sequi uidet̃ generabili corruptibile interimere uolens,īcorruptibilem ipsum dicit,sumens ipsum tanquàm consequens generabile,at uero hoc nō in generatione esse habēti genito sequit̃, sed id qđ à principio tēporis genitū est.sic ergo genitus mundus sm ipm,cùm uero aliquā q̄rere incorruptibilitatis ipsius,qđ facit Plato; est cōfitentis à principio temporis ipm dicere genitum eē,si enim eēt ingenitus,haberet in seipso causam & principiū incorruptibilitatis,si aūt concedit̃ ab ipso,ꝙ ingenitū sui natura incorruptibile est; hic aūt tāquā nō existente incorruptibili sua natura mūdo,dei uolūtate incorruptibilitatem reponit; sed & ꝑdicat de mūdo,hoc est signū huius,non sic ipm dicere genitum eē,ut in generari habeat eē, si enim ante genitū esse non erat,fiēs aūt adhuc genitū esse ꝑdicat̃ de ipso nō tāquā in generatiōe esse habente. ¶ Hæc oīa uerba Alexā. ꝓposui ut iudicent lecturi hæc & dicenda. Qm̄ igit̃ plurima dictorum ad hoc tendūt.s.nō sic dictū esse genitum mūdum à Platone,tāquā habente esse in generari,sed tāquā à principio temporis genitum,sufficit (ut existimo) & unum textum Platonis proponere,cuius partes & Alexander proposuit. Quærens enim utrum fuit semper generationis principium nullum habens,an genitus est à principio aliquo inchoans,respondet,genitus est:uisibilis enim tangibilisꝗ est,& corpus habens,omnia autem talia sensibilia, sensibilia autem opinione comprehensibilia cum sensu fientia & genita apparuerunt. Vides quòd idem & genitum esse dixit,& fiens esse, quia sensibile est.nam & quæ in generari eē habēt,& genitū eē coexistēs hn̄t,sicut cœlestis locus & continuus & semper in fine,quia ab eodē in idem semp restitutione existente,oīs quæ accipit̃ circulationis pars,& principiū & finis est,& sm ꝙ quidē in fine semp est,semper genitus est,sm ꝙ autē principium/& ꝑfectus semp est.q̄re nō genito solum,sed & generari in mūdo usus est.oīno autem si hoc

ꝓponebat inquirere de mũdo{genitum esse}sed nõ etsi{generaꝛ}ut Alexander putat,ꝓpter quid à principio fiens diffiniuit post ens,sed nõ{genitum}quãdo dicit,qđ est,ens qdem,generationẽ autẽ non hñs,& quid est fiens qdem ens,aut nũq̃.Miror autẽ quo mõ uisum fuerit Alexãdro,non ꝓpter mũdum diffinitiones entis & fientis ꝑaccipere, ut inueniat, utrũ entium aut fientiũ est mũdus,cum Plato hoc tam planè tradiderit.sed qm̃ diffiniuit fiens:mundũ autẽ genitum esse dixit, frustra ut uidetur ꝑacceptam eẽ entis & fientis diffinitionẽ ipse putat.& qdem cum dixit genitum,hoc & fiens eẽ dixit.Dicente autẽ Platone,ꝙ genitus est à principio aliquo inchoãs,Alexander/ait/hoc nõ aliud aliquod esse principiũ,q̃ id quod ſm tempus.si igiꝛ quod à tẽpore aliquo inchoat,semp habet ꝑexistẽs tempus, ꝓpterea quod id quod nũc incepit ſm instãs tẽpus existẽs, habet ꝑexistens ꝑteritum nũc,& sequẽs futurũ.Plato aũt cum cœlo genitũ esse tẽpus dicit,palã est ꝙ neq; ꝑexistit ante cœlum.tẽpus, neq; à tempore aliquo principiũ generationis habet cœlũ.Deinde attẽdere oportebat,ꝙ principium dicit istud Plato & effectiuã cãm.nam postq̃ diffiniuit{fiens}inducit.oẽ autem rursum fiens,à causa aliqua necesse est fieri.& iterũ cum dixisset,ꝙ genitus mundus est,& fiens & factus inducit,fienti aũt rursum dicimus à causa aliq̃ necessitatẽ esse generari.& interrogatio intuenti plana est,utrũ erat semper generationis principiũ nõ habens,an genitus est à principio aliquo?Nam entiũ quidem ipm ens, est id qđ est,& effectiua causa non indiget;quod est fiens,ad faciens diciꝛ,si autẽ tẽporale principiũ & causam diceret hãc quomõ ꝓpter corporeum esse ipm inesse sibi/ait/tãq̃ axioma ꝑaccipiens ipm,& qdem & ipse Alexan.& Aristo.ante ipsum,corporeũ cœlũ dicẽtes, nõ putat habere principiũ tẽporale, sed illud erat nunc axioma,scilicet corpora ab altero mobilia,& subsistentiã extrinsecus habere,& ꝓpter hoc fientia esse,quia à faciente subsistũt.Sed si sic/ait/genitum diceret tanq̃ in generari esse habẽtem,oportebat & corruptibilẽ dicere.nam ei quod sic generaꝛ,conueniens est hoc.s.generari & corrumpi.ergo ne nõ intellexit{genitum}diffinitũ nõ fiens & pertransiens,ens autẽ nũq̃ ens,& motus cœli & diuersæ figurationes fientes & pereũtes sunt, siquidem suƀa scđm hoc alterata fiens habet & præteritum.Sed & si incorruptibile/ait/ſm tẽpus dicit,palã ꝙ & genito erit ſm tẽpus utens.nam sic incorruptibili, sic fiens opponiꝛ.sed si genitum & incorruptibilẽ supponat mũdum Plato,palã ꝙ genitum accepit id qđ incorruptibili scđm tempus coexistere possibile est, qđ autem est scđm tempus genitum,& ante Arist.Plato corruptibile esse ſm tempus in octauo politicæ significat/in qbus dicit. Difficile qdem moueri ciuitatem sic ꝯsistentẽ,sed qm̃ genito oĩ corruptio adest,neq; talis cõsistentia oĩ tpe manebit,sed solueꝛ.oĩno aũt si opponiꝛ incorruptibili ſm tempus,genitũ ſm tẽpus,nõ ſm qđ genitũ uidelicet sed ſm qđ sic genitũ,& corruptibile ẽ,opponiꝛ ãt corruptibile ĩcorruptibili, ĩcorruptibilẽ dicens mũdũ Plato ſm tps, nõ utiq; genitum ipm dixit ſm tempus,oportet enim hoc dicere eum qui dicit corruptibilem ipm & incorruptibilem.Adhuc autẽ/ait/hoc.s.scđm tẽpus incorruptibile cõsequẽs genito accepit.hoc autẽ,nõ ei quod in generatione habet esse cõsequiꝛ, sed à principio tẽporis genito.Miror autem quomõ hoc dicit Alexã.nam incorruptibile,ei qdem quod in generatiõe habet eẽ,possibile est cõsequi,ei autẽ qđ à principio tẽporis impoſſe:siqdem qđ sic genitum est & corruptibile est semper.Corruptibili aũt incoruptibile impoſſe consequi,& qđ postea dixit nihil minus miror,quod deum adducit Plato pro cã incorruptibilitatis,cõscius ꝙ ingenitus existens & incorruptibilis est sui natura,si enim esset/ait/ingenitus,in seipso cãm & principium haberet incorruptionis. Quomõ enim nõ intelligit,ꝙ & Aristo.dicẽs cœlum ingenitũ, oñdit ipsum habere uirtutẽ finitam sui natura & perpetui motus.Idem autẽ dicere æternitatis,in deum etiam iste cãm remisit.Sed & ꝑdicari/ait/de mundo{est}signum huius ꝙ nõ sic ipm dicit genitũ esse tanquã in generari habeat eẽ. Quod autẽ ubi{est}ꝑdicat de mundo ꝓpter cõsuetudinẽ ꝑdicat.sicut & diem & horã esse dicimus. palã est ex qbus cum diligentia scripsit{& erat & erit}temporis existẽs species q̃s transferẽtes accipimus de æterna substãtia nõ recte.Dicimus enim ꝙ erat est & erit, huic aũt{est}solum ſm uerã rõnem cõuenit,erat autẽ & erit circa tẽpore ꝓcedentẽ generationem dici docet.ęternam autem suƀam & intellectualẽ & uere entem uocat:manifestum est aũt & in qbus de exemplari dicit.sic igiꝛ ipsum existit aĩal æternũ ens.¶ Hæc aduersus Alexãdrum habebã dicere,reueritus qdem uirum, & gratias alioqui,habens ipsi & putãs ætati ꝑferendã esse ueritatẽ,& qđ nobis à ueritate dissonum uideꝛ dicere.Aristoteles igiꝛ arguere ꝓponens aduersus dicentes genitum mundum eẽ ex tẽpore & ĩcorruptibilem,obuiat primo ex inductione,oĩa enim/ait/q̃ generanꝛ,& corrumpi uidenꝛ,& si oportet sine cã & demõstratione poni aliquid,sola illa ponenda sunt,quæcunq; in multis aut in omnibus uidemus existentia.Circa id autem quod nunc quæritur cõtrarium huius accidit,siqdem omnia quæ à principio temporis generantur,& corrumpi uidentur.

Adhuc autẽ non habens principiũ eius quod est sic se habere, sed est impoßibile aliter se habere,

prius

prius per oia secula:impoßibile est etiam transmutari. Erit enim aliq̃ cā, quæ si extitit prius, poßibile vtiq; erat aliter se habere, impoßibile aliter se habere. Si autem prius ex aliter se habētibus cōsistit mundus, siqdem semp sic habentibus & impoßibilibus aliter se habere, nō vtiq; fieret, si autē factus est, necesse est: & illa poßibilia eē aliter se habere, & nō sic semper se hr̄e. Quare & constātia dissoluentur, & dissoluta cōstiterunt prius, & hoc infinities, aut sic se nō habebat, aut poßibile erat. Si autē hoc: non erit īcorruptibilis, neq; si aliter se habebat aliquādo, neq; si poßibile erat aliter se habere.

Ostenso ex inductiōe quia qđ à principio tēporis genitum est impoſē est incorruptibile esse, idem nunc & p alium ꝓcessum ondit. Obuiat autē ad hypotesim dicentem, ex aliqbus genitum esse mundum, q̃ prius aliā habentia dispōnem, transmutata sunt in hunc mūdum. & ꝑaccipit ante ostensionē dignitatem q̃ dicit. quod nō habet principium & potentiā trāsmutādi in aliquid, ut potentia sit hoc, in quod transmutať, sed sic se habens, ut impoſē sit aliter se habere oi tempore, hoc impoſē est transmutari. Si enim transmutať, semp inexistit aliqua uirtus ipsi ꝓpter quā pōt & aliter habere, in oibus enim q̃ transmutātur, ubi primum in actu est, hoc ꝑaccipiens uniť ipio ad illud. Si enī ab aliquo principio tempori genitus fuit, & cōstitit mundus ex aliquibus, puta ex eñtis aliter prius se habentibus, siquidem semp sic se hñtibus, ut habebāt prius, & impoſſibus aliter habere se, neq; utiq; factus fuisset ex ipsis mūdus, nō trāsmutatis illis à priori suipsorū habitu. Si autē genitus est mundus, sicut hypothesis habet, & oppositum antecedenti est uerum, qđ necesse est, & ea ex qbus est esse possibilia aliter se habere, & nō semp sic se habere, ut à principio se habebāt, q̃re dissoluta prius cōsistent. Si aūt hæc sunt. s. cōsistentia, q̃ quidem dissoluta fm̃ actum erāt, & potentiā habebāt huius. s. non semp simılr se habere, palā est ꝙ post cōsistentiā non amiserunt hoc, ad quod nata fuerunt, ut dissoluta subsisterēt, & potentiā haberent, nō semp simılr disponi, q̃re & cōsistentia dissolueť, & non erit incorruptibilis mundus, siqdem genitus supponať, sed dissolueť in alia, ex quibus cōstitit, & nō solū semel neq; bis, sed multotiens, si enim ea ex qbus est, ingenita supponunť, oino & īcorruptibilia quoq; erunt, sed infinities sic se habuit, si possibile erat aliter se habere. Si autē hoc nō utiq; erat īcorruptibilis, neq; enim quod trāsmutať, & qđ fit ex aliter se hñtibus aliqñ: possibile est incorruptibile esse, ex eo enim qđ manet in illis ex quibus genitū fuit, habet uirtutē, sic se habere, ut habuit, & anteq̃ fieret. Non enim cum abiicere fm̃ actum illo mō se habere, abiecit & uirtutē sic habere, ut prius habuit, ut tota deductio rōnis talis sit. Si genitus est ex tēpore mūdus, ea ex qbus cōsistit transmutabilem hñt naturā, nō enim transmutata fuissent in ip̄m, si autē hoc, nō erit īcorruptibilis. Reflectunť enim illa iterum. Si autem incorruptibilis est mūdus, nō ex aliter habētibus prius cōsistit, si autē hoc, nō utiq; erit genitus. q̃re impossibile est simul genitū ex tempore, & incorruptibilē esse. ¶ Potest/ait/Alexan. hoc { neq; si aliter se habebat aliquādo, neq; possibile si se habere est aliter } dictū eē hoc qdem æquale huic, neq; si genitus prius corruptus est. hoc autem huic, neq; si nō corruptus qdem fuit prius, potentiā autē habuit ut corrumperetur eo quòd ea ex quibus genitus est, sint huius naturæ. Est autem/ait/Alexander: & sic ad propositum argumentari, si æternum impossibile est aliter se habere, quod possibile est aliter habere, non est æternum, quæ autem in mundo, possibilia sunt, aliter se habere, non ergo æterna, ꝙ autē possibile sit ea q̃ sunt in mūdo, aliter se habere, manifestū est, siquidē genitus est, ex ꝑcedēti uirtute potentiū alr̃ se habere. Adhuc ea ex qbus genitus est mūdus, si genitus est oino, aut æterna erant, aut nō æterna. sed siqdem æterna & semp eodem mō se habentia, nō poterāt transmutari, q̃re neq; ex ipsis mūdus genitus fuisset, nō prius ens ex ipsis. Si aūt nō æterna, & ipsa ex trāsmutatione aliquorum genita sunt, si autem hæc possibilia sunt transmutari iterum in illa ex quibus genita sunt. nam ex contrariis & in contraria fiunt transmutationes. Si igitur corruptibilia ea ex quibus mundus, corruptibilis utiq; erit & ipse. Hęc ut dixi adducta sunt aduersus dicentes, ex præexistentibus aliqbus, ab aliquo principio tēporis genitū eē mūdum, ut uidebať Plato dicere, ex fluctuātibus prius eñtis, neq; fm̃ tēpus dicens ꝑexistere qđ fluctuaret, si tēpus cum cœlo genitum eē/ait/neq; fm̃ se putans ip̄m aliquādo subsistere, sicut in ciuili iam existente mūdo, sequestrās ab ipso conditorē ad inordinationē ip̄m delatum cōsiderauit, sicut & ante effulgere conditorem, ordine q̃lis erat corporalis natura fm̃ suppōnem aliquis uolens addiscere inordinatā ipsam & fluctuātem ɔsideraret. Si autē aliquis, ut qui fm̃ nos uolunt sapiētes, nō ꝑexistere dicens ea ex qbus cōsistit, genitum tñ ip̄m supponat fm̃ tempus, nō habet ducere cām ꝓpter quā tunc genitus est, & nō prius aut posterius. Nam q̃ ex transmutatiōe generātur, & ipsa iterum in alia transmutātur, fm̃ coordinationē ꝑcedentium & sequentium eius ꝙ tunc fiunt, q̃ autem ex nō ente fiunt, impossibile est assignare causam. Cō.101.

Auxilium autem quod quidā conantur ferre sibipsis dicentiū īcorruptibilē quidē esse, factum au-

tem nõ est verũ. Similiter enim dicunt his qui descriptiones scribũt, & seipsos dixisse de generatione, non tanq̃ generato aliquãdo, sed doctrinæ gratia tanq̃ magis instruentes, velut descriptionẽ genitã aspicientes. Hoc autẽ est quẽamodum dicimus, nõ idem. in factione enim descriptionũ positis oĩbus esse simul idem accidit, in demõstrationibus autẽ horum nõ idem, sed impossibile. quę enim accipiũtur prius & posterius subcõtraria sunt. Ex inordinatis enim ordinata facta esse dicũt. Simul autẽ idem inordinatum esse, & ordinatum impossibile est sed necesse est generationem esse separantem & tempus. In descriptionibus autem nihil tempore segregatum est. quòd igitur impossibile sit ipsum sempiternum esse, & factum esse, manifestum est.

Cõ.102. Videtur q̃ aduersus Xenocratem maxĩe, & aduersus Platonicos sermo tendit, q̃a illi ex ĩordinato & fluctuoso genitum esse mundũ aiunt Platonem dicere. Assumens enim Deus oẽ quodcũq; erat uisibile, non q̃etem ducens, sed motũ fluctuose & inordinate, ad ordinem ipsm deduxit ex ĩordinatiõe. Isti igit̃ genitum & incorruptibilẽ dicentes mundum generationẽ nõ tanq̃ ex tẽpore aiunt, oportere intelligere, sed ex suppõne dictã doctrinę gratia ordinis corũ q̃ in ipso priorũq̃, & magis cõpositorũ. Quoniam enim eorum q̃ in mũdo, hæc q̃dem elnta sunt, hæc autẽ ex elntis, nõ erat facile cognoscere horum differentiã, & q̃liter ex simplicibus fierent cõposita, eum qui nõ resoluerit itellectu cõposita, in simplicia, & cõsiderãtem qualr in simplicia fm se erat à principio si ab ipsis fiebãt cõposita, sicut in descriptionibus mathematicis naturã ipsorum inquirentes, cõposita in simplicia resoluũt, & quomõ ex illis fierent, siquidẽ à principio facta fuissent, cõsiderant, puta q̃ triãgulus ex tribus rectis fm angulum cõpositis: ex tribus autem trigonis sex fm angulos & lineas, sed non scdm plana cõpositis. Fortè autem & in aliis naturalibus, qui uident̃ mũdum dicere genitũ, & corruptibilẽ, quicũq; ex uno, aut ex duobus, aut q̃tuor elementis p̃existentibus ipsum genitũ esse dicunt, conuenit generationẽ sic exponi, ut dictum est. Nam & dicentes aquã aut aerem, aut ignem, aut q̃tuor à principio q̃ nũc uident̃ composita resoluentes, ut simplicissima hæc supponũt & qualr ex ipsis etiam generent̃ cõposita cõsiderantes, & si ex principio aliquo tẽporali mũdus genitus fuisset, sic generari aiunt. Aristo. autẽ ait non bene ipsos exponere generabilẽ, neq; n. mathematicorũ exẽplũ cõuenire ipsis. Nam mathematicus ad inexĩtia & semp coexistẽtia descriptionibus resoluit trigonũ ĩ tres rectas, & cubũ in sex tetragona, q̃ q̃dẽ semp coexistũt ipsis, nõ ĩdigẽtia trãsmutatiõe aliq̃ ad generari ex ipsis cõpositũ, sed neq; ut p̃exĩtia hęc accipe necesse est. Hic autẽ ait, q̃ accipiunt̃ ad generationẽ alicuius, ĩposse est simul & cũ illo saluare assignationẽ generationis, sed hæc q̃dem priora, hæc aũt posteriora sunt, & subcõtrarie se habentia adinuicem, non adhuc saluare eam, quæ est ex suppositione generationẽ, ut in descriptionibus. Isti aũt ex inordinatis dicũt ordinata generari, simul aũt idem inordinatũ esse, & ordinatũ est impossibile. q̃re necesse est generationẽ in ueritate esse &, ꝓprie ut hæc q̃dem p̃existant tẽpore, hæc autẽ post illa cõsistant. In descriptionibus autẽ non p̃existunt tẽpore ante trigonum tres rectę. sicut igitur nõ dicet aliquis fm suppõnem p̃existere cõmixtionem ante cõcoctionem, & cõcoctionem ante terminationem, neq; lapides & ligna ante domũ, simul in ueritate p̃existentia: & ꝓpter hoc, nõ dicet aliqs, ex suppositione talẽ generationem, sed generationẽ uere & tempus, determinãtia q̃ prȩexistunt, & q̃ posterius superueniũt: ita mundi generatio nõ ex suppõne erit, si p̃existit ante mũdum quod est inordinatum, & nõ possibile est coexistere tẽpori, sed necesse est inordinatione perempta, superuenire ordinationem. In mathematicis aũt, & si imposse sit generationẽ esse figurarũ, sed necesse sit coexistere semper simplicia cũ cõpositis fm suppositionẽ tamẽ non est imposse generatio. Et admiror Aristo. solertiam, neq; tales rerum differentias incõsideratas relinquentẽ. Verumtamẽ Plato, diffiniens quid dicit {fiens} quia q̃d in generari & perimi esse habet, & reuera nullatenus ens. Et hoc dicens mũdo cõuenire ꝓpter corporeã naturã, non indiget dicto auxilio ad dicere ipsm genitũ & incorruptibilẽ. Nam q̃ hoc indiget ex suppositione, & ut ex tẽpore aliquo generationẽ supponunt, ipse autẽ aliã generationis speciem nouit in mundo, cui incorruptibilitas non ꝓhibetur coexistere. Quoniã aũt & Plato, & Empedocles, & Anaxagoras, & alii quidã naturales cõpositorum à simplicibus generationẽ fm eum qui ex suppositione modũ uidentur tradentes, apparentiũ resolutionẽ faciẽtes ad simplicia, & ex simplicibus cõpositionẽ enarrantes, tãq̃ & si p̃existerent tẽpore, ea ex q̃bus generant̃ quę fiunt: dicendũ existimo ad Aristotelis instantiã q̃ differentia quidẽ bene assignata est potentiũ ex suppositione sola accipi, q̃ in q̃bus quidẽ existunt semp ea ex q̃bus generatio dicit̃, in his semp est possibile ex suppositione accipere simpliciorũ p̃existentiã, & tẽporalem generationẽ. In q̃bus autẽ non possunt coexistere ea ex q̃bus fit generatio fientibus, sed cõtrarie se habẽt ad ipsa, in his tẽpore p̃existere necesse est ea ex quibus fit generatio, & est entiũ hæc fm tẽpus, sed nõ ex suppositione generatio. hæc igitur bene di-

ćta esse putidum. Fortè autẽ & naturalia pricipia, uelut aer & aqua, aut q̃tuor elemẽta inexistũt sem
per his quæ ex ipsis cõponunt. Nam Empedocles nihil aliud est generatio/ait/& corruptio, q̃ solũ mi
xtura & permutatio mixtorũ, & alii etiá naturales, nõ corrupta aq̃, uel aere, uel intermedio generari
mũdũ aiũt, sed inexistibus simplicibus ex ipsis generari cõposita, & in ipsa resolui. Sicut & ipse Arist.
in mũdo q̃tuor elemẽta cõsiderás, & ante hoc sine q̃litate corpus, & qualitates, & adhuc prius mate-
riam & speciem & semp minus cõposita ex ꝓxime simplicioribus generari dicens. Nihil utiq; (ut exi-
stimo) ꝓhibitus fuit ex suppositiõe eam q̃ ex tẽpore generationẽ assumere. nõ enim ipm prohibuis
set elementorum resolutio, & trásmutatio semp omnibus entibus in mundo dicere, sicut & dicit, ꝗ
corpus non q̃le suscipiens q̃litates fecit q̃tuor elementa, hæc aũt cõposita fecerũt animalia & plantas.
Sed Plato ex inordinatiõe si dicat genitum esse mundũ, inordinationẽ eum ordine coexistere impoſe
est, sed si ex suppositione p̃existens accipiat, non tanq̃ p̃extiterit ẜm tẽpus & corrupta fuerit, sed tanq̃
inexistens sempet cum natura materiæ ẜm eam q̃ in ipsa est spérum obtentiuarũ ipsius priuationẽ.
& disposita à cõditiua specificatiõe nõ est impoſe, sicut. n. informitas inexistit naturæ materiæ, etiam
ẜm Aristo. quãuis semp participet spẽbus, sic & inordinatio naturalis subsistit cum ipsa, & si semp or
dine participet ẜm cõditiuam specificationẽ. Qđ autẽ Plato habuerit hũc intellectum, de illa inordina-
tione semper existente cũ materia, cõprendet aliquis & ex his quę in ciuili scripta sunt, in q̃bus seque
strans rõne à mundo conditorem, inordinatum rursum ipm moueri cõsiderabat. Dicit autẽ in illis,
gubernator quidem uelut dimisso gubernaculo in ꝓpriam circũuolutationem redit, hũc itaq; mũ-
dum rursum cõuertit factum naturalis appetitus. Deinde ꝓcedens/ait/trãsmutatus autem eõcidẽs
principio & fini cõtrarium impetũ impetui seditionem multá in ipso faciens, aliam iterũ corruptio-
nem aialium omnimodorũ effecit. Et ꝓcedens iterum/ait/horum autẽ corporeitas est causa cõplexio
nis pristinæ naturæ cõuersiua, quia participás erat multa inordinatiõe antequá ad mundũ qui nunc
est perueniret. A cõpositore. n. omnia bona cõstructa sunt, à pristino autẽ habitu q̃cũq; difficilia & in
iusta in cœlo fiunt. hæc & ex illa ipse habet, & in aliis animalibus efficiuntur. Quare inexistente inor
dinatione ẜm Platonem sicut priuatione, nihil prohiber ex suppositione generationẽ mũdi dictá eẽ.
Aristo. uero generationem ẜm tp̃s supponens recte conclusit impossibile esse.

Vicißim autem cõstare & dissolui, nihil aliud est facere, q̃ astruere ipsum sempiternũ quidẽ sed
transmutantẽ formam, quẽadmodum siquis ex puero virũ factum, & ex viro puerum, quãdoq; enim
corrumpi, quãdoq; esse putet. palã enim ꝙ & ad inuicem cõuenientibus elementis, non cõtingens ordo
fit & cõstitutio, sed eadem. Alterũq; etiã sc̃dm eos qui dixerunt hoc modo, qui dispositionis vtriusq; cau
sant contrarium. Itaq; si totum corpus continuum existens quandoq; quidem sic, quandoq; autem illo
modo disponitur, & aptatur, totius autem consistentia est mundus & cœlum, non vtiq; mundus gene-
rabitur & corrumpetur, sed dispositiones ipsius.

Postquá cõtradixit dicentibus genitum q̃dem, sed incorruptibilem mũdum, trãsit ad dicentes ge Cõ.103.
nitum q̃dem, sed corrũpi & iterum generari uicissim, & hoc cõtinue, ut Empedocles & Heraclitus ui
debant dicere, & posterius q̃dam Stoicorũ. Tales itaq;/ait/Aristo. & ipsos nõ dicere corruptibilẽ mũ-
dum, sed æternũ q̃dem seruare, alterationem aũt ipsi apponere solá formam trásmutátes. Si. n. est mũ
dus tota materia specificata & ordinata, & tunc quádo dicunt ipm corruptum esse spẽm habet, aut p
fectiorem, aut fortasse impfectiorem, qui autem corruptionẽ mundi hoc dicit, tale aliq̃d dicit, ac si q̃s
ex puero uirũ factum, & ex uiro puerum, quádoq; q̃dem corrumpi, quádoq; eẽ aũt putet. Sic. n. etiã
in transmutationibus manet mũdus, existens mundus: nõ. n. in habendo hanc aliquá formá determi
nate est mũdus. Q̃m neq; elẽtorum inuicem trásmutationes & uariatiões & anni temporũ successio
nes erunt corruptiões mundi, sed sicut si ex Socratis corruptione Plato generaret, & ex corruptione
Platonis iterũ Socrates, nõ utiq; aliquis diceret hoĩs hanc generationem & corruptionẽ, ut hoĩs, sed
in diuersas formas trásmutationem, & maxime elemẽtis ex q̃bus ambo cõsistunt, eisdem manẽtibus,
sic & si ex mũdo hoc, mundus fieret alius uocatus sphærus, aut ut moderni dicunt nouus, & ex illo
iterum, ista alteratio utiq; erit mũdi, & nõ generatio aut corruptio. Quáuis. n. amicitia congregás ele
menta huius mũdi soluti sphærũ faciat, mundus tñ iterum aliq̃lis erit, & ille elẽtorũ concretiuus or
do nõ cõtingens est, sed mundi factiuus & semp specie idem: solũ autẽ corruptus esse diceret mun-
dus, si ad inordinata & alias aliter se habentia trásmutatio ipsorũ fieret. Si autem & mũdus uterq; &
semper eãdem spẽm habens, uterq;. n. facit aliquid, ex hoc. s. ꝙ mũdi differẽtiæ eędem manent semp:
quomõ erit hic corruptio. Maxime autẽ ait, hoc. s. utrũq; mundum semp eãdem habere spẽm conse

quiẽ Empedocli dicenti easdem causas determinatas,q̃uis cõtrarias generatiõis & corruptiõis.s.liẽ
& amicitiam.Si.n.semper eędem causæ determinatę,& materia eadem.s.q̃tuor elẽta incorruptibilia
entia,& ordinem qui fit ab utraq; determinatum necesse est esse,& semp eũdẽ,& nõ alias aliũ.Quare
si mundus est continui subiecti consistentia,& dispositio non quæ talis,sed simplicior,uidelicet totũ
corpus continuum,quãuis quandoq; quidem sic,quãdoq; autem alio modo disponatur,& ordineẽ,
non utiq; mundus generabitur & corrumpetur,sed dispositiones ipsius.

*Prorsus autem genitũ corrumpi & non reflecti,existente quidẽ vno,impoßibile est.Priusq̃ enim
fieret,semper existebat quæ ante ipsum fuit cõsistentia,qua nõ facta,non poßibile esse dicimus transmutari. Infinitis autẽ existentibus mundis/cõtingit magis.Sed tamẽ & hoc vtrũ impoßibile,an possibile,erit manifestum ex posterioribus.Sunt enim quidã quibus cõtingere videtur,& ingenitũ aliquid
existens corrumpi,& genitũ incorruptibile perdurare, sicut in Timæo.ibi enim ait,cœlũ factum esse
quidem,non tamẽ corruptibile,sed fore semper de cętero sempiterno tẽpore. Ad quos naturaliter
qdẽ de cœlo solum dictũ est, vniuersaliter aũt & de omni speculãtibus erit & de hoc manifestũ.*

Cõ.104. Ad tertiam trãsit opinionem ponẽtium genitum mũdum,dicentem corrũpi qdem ipsum genitũ,
nõ tamen sic ut iterũ reflectatur,sed ut unũquodq; corruptibiliũ dicimus corrumpi, uelut Socratẽ,
neq; enim Socrates corruptus,iterũ Socrates fit,sic autẽ se habere/ait/uno qdem mũdo posito impoẽ
est,infinitis aũt rõnabilius,& inde statim subiũgit.Quare impoẽ est sic se hẽre mũdum talem existen
tem.Nã materia & oĩno cõsistentia & natura,ex qua genitus fuit mũdus,& ante fieri mundum, pote
rat in mũdum trãsmutari,& ex ipsa sic se habente mũdus genitus fuit.Potentiã.n.habuit ut trãsmu/
taretur in mũdum.Quare & quãdo corruptus fuerit mũdus,iterũ trãsmutatur in talẽ ɔsistentiã ex
qua genitus fuit,habẽtem potentiã ut mundus ex ipsa genereẽ.Talis.n.erat & prius,si autẽ hoc,& ge
nerabiẽ iterum mũdus ex ipsa sicut & prius.Nã habẽs potẽtiam ut genereẽ aliquid in ĩfinito tẽpore
utiq; generabiẽ.Hoc autẽ obscurũ existẽs differẽter exponit Alexã,eã.s.quæ sine generatiõe cõsisten/
tiam,q̃ & anteq̃ mundus generareẽ erat:si.n.id ex quo genitus fuit mũdus nõ erat possibile trãsmu
tari in mũdum sine generatiõe,ut ex ipsa mũdus fieret,neq; factus est.Si autẽ per generationẽ,palàm
est q; habuit potentiã illa cõsistentia anteq̃ mũdus generareẽ:omnis.n.generatio à potẽtia est cui cõ/
sequitur Quare quãdo corruptus fuerit mundus,& trãsmutabiẽ iterum in talem ɔsistentiã,cũ potẽ
tia iterum esse habeat,ut ex ipsa mũdus genereẽ.Magis autem/ait/possibile tale hoc esse q̃ genitũ eẽ,
si aũt ingenita,& æterna erat ante q̃ generareẽ mũdus cõsistentia impossibilis erat trãsmutari,hoc.n.
supponiẽ,si autem hoc neq; mũdus genitus fuisset,qm̃ autem genitus est,neq; quæ ante generari cõ
sistentia fuit ingenita erat & ęterna.Possibile.n.in illam & ex illa quæ subiiciunẽ ipsi transmutari,ut
& iterum ex ipsa generentur:horum.n.alterutrũ ostensum fuerit factum,siue mũdus,siue id ex quo
mũdus,ostensa sunt reflectentia.Et bene(ut existimo)sic adiecit,si.n.ex tempore genitus est mũdus
aut generaẽ æternaliter,ꝑexistit quæ ante ip̃m consistentia qua nõ genita,sed æternaliẽ existente, põt
similiẽ semper se habere,nec dicimus trãsmutari mũdum.Ostensum est.n.hoc q; quæ in æterno & ĩfi
nito prius tempore nõ transmutata fuerunt,nõ adhuc utiq; transmutabunẽ.Hoc autẽ dicit Aristo.
cõfessum accipiens hoc,q; omne qđ in tempore aliquo determinato,puta in aliqua determinata par
te tẽporis generaẽ,hoc autẽ est ẽm ipsum {fiens} ex transmutatione aliqua generari,q̃a nihil ex non
ente generatur.Propter qđ sæpe dixi,q; impossibile est dicere causam,ꝑpter quã tunc genitus fuit,&
non prius aut posterius.Qui autẽ nostro tẽpore sapientes non à principio temporis genitũ esse mũ/
dũ dicentes,neq; ꝑexistere aliquã cõsistentiam putant,ex qua mũdus generareẽ,neq; ẽm transmuta/
tionem omnino genitũ esse,sed ex nõ ente subsistere,atq; ideo nõ possunt dicere ꝑpter quã cãm tũc,
sed nõ prius,aut posterius subsistit.ostenso igiẽ ab Aristo.q; impossibile est unũ entem genitũ corrũ
pi,& non adhuc reflecti,infert q; infinitis entibus cõtingit magis hoc,& Alexãder cãm apponit:nõ.n.
in materia mundi/ait/dissolutio ipsius est & corruptio,quæ potentiã haberet,ut generareẽ mũdus,
sed in alium mũdum,quibus infinitis existentibus inuicẽ succedentibus nõ necesse est iterũ ad eũdẽ
reditum fieri.Sic autem uidebaẽ Leucippo & Democrito.Prõptum est autem (ut existimo) quære/
re,quid differt,hæc suppositio ab ea q̃ uicissim instituit & dissoluit.Qm̃ dixit Aristo.nihil aliud face
re q̃ æternum qdem astruere mũdum,sed formã trãsmutantem,ut Empedocles uidebaẽ dicere.For
tè autem & magis hoc his qui circa Democritũ ɔuenit,siqdem Empedocles diuersas ipsorũ apud ip/
sum mũdorum species dicebat,ita ut & noĩbus uteretur diuersis,hũc quidem sphærũ, hunc autem
mũdum proprie uocans.Mũdi autem Democriti in alteros mũdos trãsmutati ex eisdem atomis exi
stentes,idẽ specie fiunt,quãuis nõ numero.Nisi fortè q̃a hi nõ supposuerunt effectiuas causas deter/

minatas

minatas, sed motu atomorũ, ut cõtingit facto cõsistere effectus, accidit nõ easdem mundorũ species fieri, sed alias, & ꝓpter hoc nõ esse alterationem ut in illis trãsmutationem, sed generationẽ & corruptionem. Et fortè hoc uidẽs Aristo. dicebat in illis eũdem ordinem & cõsistẽtiã generari, quũq; dispõnis utriusq; pro causa ponunt, id quod est contrarium. Sed si ut/ait/Alexander dissolutio his qui circa Democritum non in materiam fit, sed in alium mundum, quomodo his qui infinitos dicunt mũdos, hoc conceditur dicere, & non his qui unum aut plures? fortè igitur Aristo, hypothesim inuestigans dicentium, genitum quidem, corruptibilem autem, sic ut non reflectatur, non accepit in mũdum factam dissolutionem: hanc enim alterationem dicebat, sed in non ens, & hoc his quidem qui unum mundum supponunt dicebat non procedere. Infinitis autem entibus, contingere magis. Nam corrupti non redibunt, ꝓpter infinitatẽ, & non qa possibile est sic fieri dixit hoc, {cõtingit magis} sed ad cõparationẽ unum dicentiũ, & corrũpentiũ, sic ut nõ reflectaẽ, ibi enim & deficeret mundus, qđ in infinitis non fit. Quòd aũt neq; hanc potentiã putet cõtingentẽ, manifestauit dicẽs, {Sed tamẽ & hoc utrum impossibile an possibile, erit palã ex posterioribus, } non solũ enĩ iam ostensum est q; nõ sunt infiniti mũdi, eo q; neq; infinitũ est corpus, & eo q; neq; plures uno sunt, & qa ingenerabilis & incorruptibilis est mundus, sed & in secũdo de hoc ostendet, q; ingenitus & ĩcorruptibilis ꝑ Cõsiderandũ autẽ/ait/Alexan. quod fortè in posterioribus libris interimens atomos ex qbus & per q̃ mundorũ infinitas ſm supponẽtes ipsos, simul & opinionẽ ipsorũ hanc impossibilẽ existentẽ ostendet. Fortè aũt nõ in longum reiiciens Aristo. dixit. {erit manifestũ ex posterioribus} neq; tanq̃ ostensurus hoc, q; non sint infiniti mundi, hoc enĩ iam ostensum est, sed tanq̃ cõsequenter de hoc dicẽs, argumentaẽ aũt ex supra inducta causali cõclusione. {Sunt enim/ait/quidã qbus cõtingere uidetur, & ingenitũ existens corrũpi, & genitũ incorruptibile ꝑseuerare}. Quæ ipse interimens ostẽdet, qa quod ingenitũ est semper incorruptibile est, & qđ corruptibile genitum. His aũt ostensis ostendeẽ & q; sic genitũ non est possibile æternaliter esse, sed reflecti iterũ ad nõ esse, si autẽ hoc, palã q; impoẽ & quę ex infinitis mũdis corrũpunẽ non adhuc reflecti. Et est hęc Alexã. suspicio, dicentis occultatã esse in ꝓposito sermõe eam quæ aduersum dicentes corruptũ mundũ non adhuc fore cõtradictionẽ. Exemplũ autẽ dicentium genitum incorruptibilẽ ꝑseuerare inducit id qđ in Timæo Platonis diciẽ. Quòd enim nõ ambo ꝑmissa. s. ingenitũ aliquid ens corrũpi, & genitũ incorruptibile ꝑseuerare, putat dici à Timæo, manifestauit ipse inferendo. ibi enim ait Timæus coelũ genitum quidẽ esse, non tamẽ corruptibilẽ, sed fore reliquo semp tẽpore. & ex cõmuni Alexãder/ait/possibile est intelligere in Timæo scriptũ. Eiusdẽ enim rationis genitũ aliquid incorruptibile dicere & ingenitũ corruptibile, sed & inordinatio/ait/ex qua mundus genitus est, ſm ipsos ingenita existens corrupta est in ordinẽ & mundũ trãsmutata. sed palã q; si corporeũ est uel uisibile, qđ inordinatum est ſm Platonẽ, ut insinuat dicẽs. Assumens deus quodcũq; erat uisibile, non quietẽ ducens, sed motum fluctuose & inordinate, palã q; & genitũ etiã ipsum/ait/Plato. Nam uisibile omne fiens & genitũ determinauit. Fortè igiẽ huius ꝓpositionis dicentis, aliquid esse ingenitum quidem, corruptibile aũt, nullus ꝑextitit, neq; ſm apparens sic dicens, sed Aristo. gratia perfectæ diuisionis, & illud membrũ addidit, & simul quia cõuersio ingenerabilis & incorruptibilis auxiliabiẽ ipsi ad ostendendũ q; & genitũ & corruptibile ad inuicẽ cõuertuntur. Qm̃ autẽ eius quæ est in Timæo inordinationis etiã hic meminit Alexãder tanq̃ ꝑexistentis ante mundũ ſm Platonem, & ego iterũ reduco ad memoriã q; Plato/ait/tẽpus cũ coelo genitũ esse. Quo mõ igitur ante coelũ, tẽpus aliquod ꝑexistere est possibile? Et quia qđ corporeũ quãtum in seipso & solubile & inordinatum existens, & æternũ & dispositũ ostendit ꝓpter dei bonitatẽ cõsonantem sibi, & Aristo, quãdo dicit mundum per seipm̃ quidẽ finitã habere uirtutem sed ꝓpter mouentẽ cãm, semper mobilem & infinitæ uirtutis fieri. Ad dicentes aũt/ait/genitũ & incorruptibilẽ mundum, aut ingenitũ & corruptibilem uniuersalr̃ quidẽ dictum est prius, quãdo ostendit coelũ ingenitũ existens & incorruptibile, ex eo, q; fiens qdem & corruptũ omne ex cõtrario generari, & in cõtrariũ corrũpi. Coelo autẽ nihil esse cõtrarium, si enim esset aliquid contrarium, sibi, hr̃et utiq; illud motũ cõtrarium circulari motui, cõtraria enim naturaliter sunt, quæ cõtrarios habent ſm naturã motus, ostenso igiẽ q; circulari motui non est cõtrarius motus habet cõsequens q; neq; circulariter mobili sit aliquid cõtrarium: Huic autem qđ neq; generetur ipm̃ neq; corrumpatur oñs est. Et est ostensio naturalissima sumpta ex causa generationis naturalium corporũ, & corruptionis. s. ex ꝯtrariis & in cõtraria esse generatiões & corruptiones, sed dictum est de coelo solũ, uniuersalr̃ autẽ de omni cõsiderãtibus, unũ possibile sit genitum aliquid incorruptibile esse, an ingenitum, corruptibile, erit & de coelo manifestum. nam cũ uniuersalibus particularia condemonstrantur.

Primo autem diuidendũ est quomodo ingenerabilia & generabilia dicimus & corruptibilia & in-

corruptibilia. Multipliciter enim dictis, & si nulla differentia sit ad sermonem, necesse est tamen intellectum confuse habere, si quis diuiso multipliciter tanq̃ indiuiso vtatur. Immanifestum est enim secundum quam naturam ipsi accidit quod dictum est.

Cõ.105. Proponens inquirere utrum possibile sit assequi genito incorruptibile, qm̃ multipliciter unũquodq; horum dicit᷑, oportere/ait/ipsorũ significata primũ distĩguere. Et huius opportunitatẽ docet bene, nã in his quę multiplr̃ dicuntur, si quis nõ diuidat significata, neq; determinet de quo ipsorũ inquisitio est, necesse est mentẽ audientis cõfuse se habere. Apposuit autẽ ex abundãti hoc, q̃uis nihil referat ad rõnem, quia & tũc oportet multiplr̃ dictum diuidere. Quãdo aũt nihil refert ad rõnem diuisio multipliciter dicti? an quãdo notum fuerit s̃m quod significatũ rões fient? sed & tunc ait/cõfuse se habet aliqualiter audientis mens, cõsiderans multa significata. An ad rõnem dicentis/ait/nihil differre diuisionem multiplr̃ dicti, quando dicens ut in uno & eodẽ facit s̃monem, neq; exercitii gratia, neq; sophistice ad aliud & aliud significatũ trãsferens, tunc enim ut qui ad dicentẽ nihil facit diuisio multipliciter dicti, audiens autem confuse se habet, & hoc ĩmanifesto existente etiam, quod ostensum est, de quo significato ostensum est.

Dicitur autem ingenitum vno quidem modo, si sit aliquid nunc, prius non ens, sine generatione & transmutatione, quemadmodum quidam tangi & moueri dicunt. Non enim generari quidam dicunt tactum neq; motum.

Cõ.106. Proponens diuidere ingeniti significata, primo quidẽ illud/ait/quod quidẽ prius nõ ens, posterius autem ens, ingenitum tamẽ dicitur, tanq̃ sine generatione, hoc est motu aliquo & extensione ueniẽs ad esse. Nam quæ generatione nõ indigent ad subsistẽtiã, merito ingenita dicunt᷑, sicut quidã tãgi & moueri dicunt & tactum, simul totaliter & in extense generari putãt, & motus dicunt nõ esse generationem, neq; trãsmutationẽ, neq; per generationẽ aut motũ, quod nõ mouet᷑ ad moueri ꝓcedere. Si enim & ipsius motus trãsmutatio q̃dam est, erit trãsmutatio trãsmutationis & motus; motus, & hoc in infinitũ. Quod qdem nunc in alios remisit dicendo, quẽadmodũ quidã dicunt, in quinto autẽ de naturali auditu, ipse hoc ostendit. Fortè aũt tactus quidẽ & coruscatio, & uniuersaliter quæ subito & sine tẽpore uidentur subsistere, & principiũ & mediũ & finem habent reuera à non ente ad esse, & per generationẽ, ꝓcedunt ad esse, & tp̃s mensurat ipsorũ generationẽ, q̃uis minimũ existens occultet sui extensionem. Motus uero & generatio & trãsmutationes, existentes aliorũ motorũ & generatorũ & trãsmutatorũ s̃m seipsas non patiunt᷑. Neq; enim uiæ in uiis sunt, neq; ꝓtensiones in ꝓtensionibus, neq; mensuræ ut mensurę cõsiderata. Quãdo aũt motũ & generationẽ & trãsmutationẽ, ut spẽs quasdã cõsideramus, à non esse ad esse ꝓcedentes, tunc & horũ intelligimus generationẽ, sicut & mẽsuram, puta cubitum, quãdo ut corpus distensum intelligimus, mensurari & ipsam dicimus. quãuis & in hmõi possibile sit dicere, q̃ si est mensura mẽsuræ, necesse est in ĩfinitũ ire, sed neq; ut mensuræ mensura est, sed ut corporalis extensionis, neq; ut motus mouet᷑, neq; ut generatio generat᷑, neq; ut trãsmutatio trãsmutatur, sed ut ipsa prius quidẽ nõ entia, posterius aũt entia cum tpe trãsmutantur. Et mihi uidetur Aristo. ꝓpterea q̃ intellexit talem ipsorum trãsmutationũ, in alios remisisse sermonem dicendo, quemadmodum quidam tangi & moueri dicuntur etc.

Vno autem siquid cõtingens fieri, aut non fieri, non est aũt, similiter enim et hoc ingenitũ est quod contingit fieri. Vno autẽ siquid impossibile est prorsus fieri, vt & quãdoq; quidẽ sit, quãdoq; autẽ nõ. Impossibile aũt dicitur dupliciter: aut enim qđ simpliciter nõ fiet, aut nõ facile, neq; cito aut bene.

Cõ.107. Scđm significatum ingeniti tradit, quod cõtingit quidẽ fieri, aut dum fit ad esse ꝓcedere. qđ quidem dixit ipse fieri. nõdum aũt ꝓuectum ad esse, sic ingenita dicit᷑ domus, qua cõtingit fieri, & q̃ fit, nondum autẽ existẽs est. Tertiũ ingeniti significatũ enumerat. s. qđ omnino impoſſe est generari. Qm̃ autem & id quod sine generatione ad esse ꝓuenit, quale erat primũ significatũ, nõ potest qdem fieri, sed tamẽ quãdoq; qdem est, quãdoq; aũt non est, ab hoc separãs tertiũ significatum, impoſſe generari ait/ ut quãdoq; qdem sit, quãdoq; autem nõ, per hoc autẽ q̃ impoſſe est generari, à secũdo separat ipm̃. Illud enim cõtingens generari, aut genitũ esse, nõ sine generatione dicebatur. hoc igitur est qđ principaliter ingenitũ, qđ prorsus nõ est possibile genitũ esse, ut quãdoq; sit, quãdoq; aũt nõ. sic autẽ entium q̃dam ingenita, q̃ æterna sunt & necessaria, quædam uero, quæ nullatenus possibilia sunt esse. Videtur autẽ mihi } prorsus { appositũ esse ad significandũ, q̃ prima significata aliqualr̃ ingenitũ habebant,

bebant,sed nõ omnino & pfecte.dicens aũt omnino impoſe generari, diuidit impoſe dupliciter. Vno qdem modo qui cum omnino intelligitur, ſm quẽ non eſt uerum dicere, qa fiet omnino ſm quodcũqȝ geniti ſignificatum,oĩa enim interimit omnino.Altero autẽ ſm quem craſſe dicit impoſſibile & improprie, in his quæ non de facili, aut nõ cito, aut non bene. Nam quod non fit omninò celeriter etiam ſi minus proprie tamen & impoſſibile fieri,& ingenitum eſſe dicitur, quare cum hoc quatuor erunt ingeniti ſignificata.

Eodem autem modo & genitum.vno quidẽ ſi non exiſtens prius,poſterius eſt, ſiue genitũ, ſiue ſine generari:quãdoqȝ quidẽ non exiſtẽs,iterum autẽ ens:vno autẽ ſi poſſibile: ſiue per verum determinato poſſibili, ſiue per facile.vno autẽ ſi ſit generatio ipſius ex non ente in ens.ſiue iam exiſtente per fieri aut non exiſtente: ſiue etiam nondum exiſtente, ſed contingente.

Aſſignatis ingeniti ſignificatis,trãſit ad ſignificata geniti,&/ait/ipſa eodẽ modo cũ illis aſſignari,qa unũquodqȝ ad unũquodqȝ oppoſitũ cõuenienter aſſignatur.Et primo exponit geniti ſignificatũ,qđ non exiſtẽs prius eſt,ſiue per generationem,ſiue ſine generari,quãdoqȝ qdem nõ ens, iterũ autẽ ens ſicut tactus.Genita.n.omnia talia,qa prius non entia,poſterius ſunt,quãuis modus puentionis ad eẽ ſit diuerſus.opponitur autẽ hoc ſignificatum,dicto ingeniti ſignificato,qđ nondum ens poſſibile eſt fieri.nã nõdum enti,& ꝓpter hoc ingenito opponit id quod iã ex nõ ente,& ꝓpter hoc genitum dictum.Scđm autẽ geniti ſignificatũ eſt id qđ poſſibile generari,ſiue per uerũ determinato poſſibili, ſiue de facili,aut cito, aut bene.Cõtrapoſuit autẽ hoc,ei ſm impoſſibile ingeniti ſignificato,primo quidem modo impoſſibilis,qđ ꝓpter hoc dicit poſſibile,quia uerũ eſt de ipſo ꝙ fiet. Secũdo autẽ modo qđ de facili fit,aut cito,aut bene.Dicit.n.poſſibile fieri,& hoc,ſicut impoſſibile qđ nõ de facili fit.Tertium autem uel quartum geniti modum exponit,cuius trãſmutatio ex nõ eſſe in ens,per generationem ſit.ſiue iam ſit hoc ſicut eſſe habẽs,ſiue etiã nõdum ſit.opponit autem modus iſte primo dicto ingeniti.Ingenitũ qdem illud erat,cuius quæ ad eſſe trãſmutatio,nõ erat per generationẽ,genitũ aũt eſt hoc,cuius ex nõ ente ad eſſe trãſmutatio,nõ aliter eſt ꝗ per generationẽ.ſic Alexãder laborioſe expoſuit geniti ſignificata,ſignificatis ingeniti.Fortè autẽ primum geniti ſignificatũ,qđ & principaliſſimum eſt,cõtraponit ad tertium ingeniti,qđ quidem & ipm principaliſſimum ĩgeniti ſignificatũ inſinuat.ſ.omnino impoſſibile generari,ut quãdoqȝ quidem ſit,quandoqȝ autem nõ,ſiquidem in hoc genitum eſt,ꝙ non exiſtens prius,poſterius eſt,quandoqȝ quidem non exiſtens,quandoqȝ uero exiſtens qualiſcũqȝ modus ſit ipſi peruentionis ad eſſe. Cõ.108.

Corruptibile autẽ & incorruptibile ſimiliter. ſiue enim prius aliquid ens, poſterius autẽ non eſt: aut non eſſe cõtingit, corruptibile eſſe dicimus, ſiue corruptũ aliquãdo & tranſmutatũ, ſiue non. Eſt autem quando & quod per corrumpi cõtingens non eſſe. corruptibile eſſe dicimus. Et adhuc aliter, quod facile corrumpitur, quod dicet aliquis facile corruptibile.

Conſequẽter corruptibilis & incorruptibilis ſignificatorum tradit diuiſionẽ,à corruptibili principium faciens.Et primũ/ait/corruptibilis ſignificatum,qđ prius exiſtens,poſterius non,aut contingit nõ eſſe,ſiue per corrũpi ad nõ eſſe tranſmutet,ſiue etiam ſine hoc,ut tactus.Nã ſic corruptibile non ꝓpter modum trãſmutationis dicit corruptibile.ſed ꝓpter quãdoqȝ quidem eſſe,quandoqȝ aũt nõ. Addendum eſt aũt huic & cõtingit ut deficiens.ſ.poſterius nõ eẽ,per corruptionem cointelligamus. Et eſt iſte modus,primo mõ geniti oppoſitus,nam opponit genitũ corruptibili qdem ut contrario, ingenito aũt ut negationi,illud autem genitũ erat,quia qđ primo nõ exiſtens poſterius eſt,ſiue genitum,ſiue ſine generari,quãdoqȝ quidem nõ ens,iterum aũt ens.Qđ quidem ſignificauit per hoc, ſiue corruptum quãdoqȝ & trãſmutatum,ſiue etiã nõ.Propter qđ nõ uidetur mihi bene Alexãder dicere,ꝙ põt aliquis ex litera hac,ſiue corruptioni ſubiectũ,quãdoqȝ & trãſmutationi,ſiue nõ,intelligere,tãquã dicat ipſe corruptibile,quod idoneitatẽ habet ad corrumpi,& ſi nõ corrumpat aliquãdo,eo qđ ꝓhibeatur,ut qđ in atomo percutere,quod qdem ſignificauit in genito.ſ.ſiue fiens,ſiue ſine fieri, quãdoqȝ qdem ens,iterum aũt non ens,hoc ſignificat cum oppoſitiõe.ſ.ſiue corruptioni ſubiectum aliquãdo ſit & trãſmutationi,ſiue etiam nõ.Scđm autem ſignificatum corruptibilis tradit,qđ eſt ps eiuſdem.ſ.quod per corrũpi tranſmutatur ex ente in nõ ens,ſm ꝙ nõ adhuc tactus corruptibilis dicitur,qđ quidem opponitur tertio mõ geniti.Tertium aũt corruptibilis ſignificatũ/ait/qđ facile corrũpitur,quod bene corruptibile ↄſueuimus uocare magis ꝓprie.opponit aũt hoc,ſcđo geniti ſignificato particularias;eſt aũt & hoc dicere poſſibile corrũpi,ſiue p uerũ determiato poſſi,ſiue p facile. Cõ.109.

Et de icorruptibili eadem ratio, aut enim quod sine corruptione, quãdoq; quidem ens, quãdoq; autẽ non ens, puta tactus, quia sine corrumpi prius existens postremo non sunt.

Com. 110. Primum incorruptibilis significatũ exponit, qd sine corruptione quãdoq; quidẽ ens, quãdoq; aũt non ens. Tales aũt sunt tactus, quia sine corrũpi, prius existẽtes, posterius nõ sunt. æquiualet aũt hoc partialiter primo significato corruptibiliũ. Nam & illud corruptibile dicebatur, quia ex ente ad non ens transmutatur, & si nõ per corrũpi. hoc autẽ incorruptibile, qd & si transmutet ex ente ad nõ ens semper, nõ tamẽ per corruptionẽ. Et palàm est q hoc quidem icorruptibile propter modum transmutationis, illud autẽ corruptibile ꝓpter prius ens posterius non ens esse.

Aut ens quidem, impossibile autem nõ esse, aut non futurum aliquãdo, nunc autẽ ens. Tu enim es & tactus nunc, sed tamẽ corruptibiles, quia erit tẽpus, quãdo non erit verũ te dicere, quia es, neq; hoc tangi. maxime autẽ proprie incorruptibile dicitur id quod non est qdem, impossibile est autẽ corrumpi ita, vt nũc sit, posterius nõ sit, aut cõtingat nõ esse, aut id quod nõdum corruptũ est cum sit, cõtinget aũt postea nõ esse, dicit etiam incorruptibile & quod non facile corrumpitur.

Com. 111. Hæc litera, ut ait Alexãder. tota ferè uidet oĩbus cõuenientèr poni in diuisione corruptibilis. Corruptibilis enim significata, nõ incorruptibilis, p ipsam exponi uidet. Nam hoc {tu enim es, & tactus nunc} talem quẽdam corruptibilis modũ significant. Et uidet idem significari, cum ea significatiõe quę est in diuisione corruptibilis, q̃ dicit, siue enim prius ens aliqd, posterius autẽ nõ est, aut cõtingit non esse, corruptibile esse dicimus, siue corruptioni subiectũ aliquid & transmutationi, siue nõ. Propter qd & hi quidem dicunt, ibi literã debere scribi hanc in diuisione corruptibilis, tanq̃ aliam literã transtulisse scriptorẽ dupl̃r peccãtem, & quia nõ exterius seruauit ipsam tanquã aliam literã, & quia transtulit inde. Alii autẽ esse qdem ipsam de icorruptibili dicũt: idem autẽ significantẽ cum diuisione dicenda hac. s. nõdum corruptũ, cõtingens aũt posterius nõ esse, nõ opportune in serie haberi, ad illam enim aliam facere literã. Non tamẽ ait oĩno dissonam ab icorruptibilis diuisione. Videtur enim dicere incorruptibile p ipsam {ens quãdo est} siue possibile sit quãdoq; nõ esse, siue etiam corrũpendum quãdoq;, & ꝓpter hoc nõ futurũ, nunc uero ens, ad nullũ horũ aspicientibus nobis, nisi ad esse ipsius solum, & ꝓpter hoc dicentibus ipm incorruptibile. Hęc qdem Alexãder. & qd qdem ens quãdo est, ꝓpter hoc ipm, scilicet nunc esse, incorruptibile uocat, & si debeat corrũpi. palã & ex eo qd subinfertur paulo post. s. nõdum corruptũ, cõtingens autem posterius nõ esse. Non aũt totam literã existimo hoc significare. nam principiũ literæ in pluribus librorũ qui ad me deuenerũt, nõ sic habet, ut Alexãder scripsit {aut ens qdem, possibile autẽ non esse.} Sed sic {aut ens qdem: ipossibile autẽ non esse.} Et si sic habeat, duo significata incorruptibilis innuit. s. quod planius & ꝓprie, per hoc, aut ens quidem: impoſe autẽ non esse, & quod nõ ꝓprie, quod sm nunc ens p hoc, aut nõ futurũ aliquãdo, nunc aũt ens. Et exẽpla talis modi apponẽs, hic. s. tu enĩ es & tactus nũc: & subiungens. Quia & si sm nũc eẽ icorruptibilia dicũt, sed tñ corruptibilia sunt sm ueritatẽ, qa erit aliqñ, qñ nõ erit uerũ dicere, qa es, neq; hoc tangi, quorũ hoc qdẽ cũ corruptione nõ adhuc est, hoc autẽ sine corruptione. Hęc igit cum dixisset obscurius, consequẽter eadem, planius tradit. Hoc qdem ꝓprie per hoc. {Maxime autẽ proprie incorruptibile ens qdem: impoſe autem corrumpi, ita ut nũc sit, posterius nõ sit, aut contingat non esse.} qd quidem opponit primo corruptibilis significato, & primo geniti. quod aũt minus proprie dicit incorruptibile per hæc. {Aut nõdum corruptũ, cõtingens autẽ posterius nõ esse. dicit autem & incorruptibile, quod nõ facile corrũpitur,} ęquiualet autem hoc scdo corruptibilis modo, alterum autem quod est ultimum icorruptibilis significatum apposuit, quod non facile corrũpitur, quod male corruptibile dicitur, oppositum bene corruptibili.

Si autem hæc sic se habẽt, considerãdum est, quomõ dicimus possibile & impossibile. Propriissime enim dictum incorruptibile, eo q nõ possit corrũpi, neq; aliquãdo qdem esse, aliquãdo autem nõ. Dicitur autem & ingenitũ quod impossibile, & qd non potens fieri sic, vt & prius qdem non sit, posterius autem sit, puta diametrũ esse cõmensurabilẽ. Si itaq; aliquid põt moueri per stadia cẽtum, aut leuare pondus, semper ad plurimũ dicimus, puta talẽta leuare centũ, aut stadia ire centũ, q̃uis & partes põt quę intus, siquidẽ & supabundantiam: vt noĩctur ad finem: & excellentiæ virtutẽ. Necesse quidẽ igitur potens scdm excellentiã tanta: & q̃ infra posse. Puta si talenta centũ tollere, & duo, & si stadia centum, & duo posse ire. Virtus aũt excellẽtiæ est, & siquidẽ impossibile tantũ scdm excellentiã dicẽtibus;

& plura impossibile, puta nō potens mille ire stadia, manifestū quia & mille & vnum.

Postq̄ diuisit significata īgeniti & geniti: corruptibilis & incorruptibilis, de impossibili & possibili Cō.rri.
ꝓponit dicere, qūo dicūtur, quia usus fuit ipsis in significatorū distinctione, & etiā qa utilia sunt sibi hæc, ad ꝓpsiti ostensionem, hoc autē erat, neq3 genitū aliquid incorruptibile, neq3 ingenitū corruptibile possibile esse. siqdem ut ipse dicet, ingenitū quidem, & incorruptibile per impoīe determinata sunt, q̄ proprie dicūtur, de qbus est sermo. Ingenitū enim est, quod nō possibile est generari, sic ut prius nō ens, posterius sit. Nam diametrū lateri cōmensurabilē esse, ꝓpter hoc est ingenerabile, quia non ens, non possibile posterius eē. Et incorruptibile simpliciter illud dicimus, qđ qdem exñs impossibile est posterius nō esse. genitum aūt & corruptibile, per possibile determinanť: genitum.n. quod prius nō existens, posterius possibile est esse, & corruptibile, qđ existens qdem: cōtinget autē quādoq3 nō esse. necessaria igiť est possibilis & impossibilis determinatio. Dicit igiť q̄ oīs potentia ad excellētiam, & ad maximū eorum q̄ potest dicitur. Neq3 enim quod supra hoc pōt. Si enim adhuc potest, non erat hoc quo determinabať potentia. Neq3 ad id quod iterius & minus, diciť potentia. nō enim hoc solū potest. Potentia igiť non potens plusq̄ centū stadia ire, aut leuare pōdus plusquā cētum talētorum, horum utiq3 erit potentia. Nam q̄ intra hęc sunt, necesse est quidē ipsam posse, sed nō his determinatur, sed sicut minor grauitas in maiori, ita & minor potētia in maiori potentia contineť, & est maior quidem maioris potentia ꝓpria, minor aūt minoris. Sicut autē potentia extremo & excellentia eorū quæ potest determinať, ita & impotentia poniť primo eorum q̄ non pōt: quod sm excellentiā dixit Arist. nō sic aūt ut in potētia excellētiā dicat. nam illi qdem maximū eorum q̄ pōt assignauit, hoc aūt excellētia primū & minimū eorū q̄ nō pōt significat. Quod qdem sm excellētiā dixit Arist. qm̄ eorū q̄ potest excellentiā habet. Nam qui q̄tuor stadia ire potest, quinque q̄ excedūt q̄tuor, non adhuc pōt, si autē plura, adhuc magis impotens est, sed prima quinque sunt quę impotētiam determināt.

Nihil autem nos turbet, vltimū quod potest: determinetur enim scđm excellentiæ terminū dictū, proprie possibile. Forsitan enim instabit quis quasi non necesse sit quod dictū est. Videns enim stadiū, quæ intus sunt nō uidebit magnitudines, sed cōtrarium magis potēs videre punctū, aut audire paruū sonum, & maiorem habebit sensum, sed nihil differt ad rationem. Determinetur enim, aut in virtute aut in re aut in excellentia. Quod enim dicitur manifestum est: visus enim qui minus excedet, velocitas autem quæ maius.

Cum dixisset, potentiā determinari plurimo eorū quæ pōt, & q̄ minus etiā potest, ītellexit eam q̄ Cō.rrj.
à sensibus instantiā. Contraria passione enim uidenť se habere sensus ad potentias, sicut & Plato in legibus noīauit. Nam maior sensus minori sensibili determinať, quo minus nō adhuc pōt apprehendere. Nam minimū uisibile & obscurissimū audibile, est fortiorū sensuū, & non solum in uisu & auditu est hoc, sed etiā in aliis sensibus. Nā debiliores quātitates sm unūquēq3 ualidiores sensus magis percipiunt. Quare sicut potētia determinatur maximo eorū quæ pōt, ita sensus minimo eorū quæ sentit. Hanc instātiam soluere uolens {determinetur, ait, sm excellētiæ terminū, qđ diciť proprie possibile} qđ summitati oīs potentiæ cōuenit: non.n. maiori aut minori determinabiť, sic.n. dissonabūt sensuū possibilia ad alia. Si.n. per maius determinabitur qđ possibile, nō adhuc potētior sensus qui minoris perceptiuus. Si aūt per minus, nō adhuc potētior qui potest leuare maiorem grauitatem, & plura stadia ambulare. Sed oportet, ait, excellentiā ubiq3 per finem determinari illius potētiæ quo plurimum pōt, siue maius sit qđ ultimū, siue minus, in grauibus.n. ultimum eorū quæ pōt tollere leuās, maximum est, si.n. leuans quis decē talenta pōt etiam trigiuta leuare, & usq3 ad quinquagina ultimū eorū quæ pōt sunt quinquaginta. In sensibilibus autē minimum est qđ est ultimum. Qui.n. uidet digitalem magnitudinem, & dimidiū huius pōt uidere, & quartum, & usq3 ad cētesimum, hoc est, ultimū, quo determinatur excellentia uisiuæ uirtutis. Quare qđ minimum est ꝓprium, est excellētis sensus, nam maior, minoris est perceptiuus. Qđ autem est maximū, ꝓprium est potētiæ excedētis. Vltimum autē eorum quæ pōt cōmune est amborum. s. sensitiuæ & aliarū. Alexāder aūt ait, q̄ & in sensibus possibile est à maximo excellentiam sensitiuæ uirtutis diffinire, si in distantia accipiatur magnitudo à qua sensus percipit: maior est.n. uisiua uirtus, quæ à maiori distantia uidet, & auditus q̄ à maiori audit, & odoratus simiľr. Sed primo qdem in distantia nō est in talibus sensibile. Deinde nō in oībus sensibus est hoc accipere, nā tactiuus sensus, siue maior, siue minor fuerit, nō apprehendit nisi immediate distans tangibile, attamē ultimum eius qđ potest etiā in tangibilibus determinat excellentiā uirtutis, nā qui minimę magnitudinis, aut figuræ, aut debilissimæ duriciei, aut mollitiei perceptiuus est

ſenſus excedit ſm uirtutem,ſupra nõ talia. Et quãuis dicat Ariſto.uidens.n.ſtadium,tamẽ uiſibilem magnitudinem determinat,ſtadialem uõ diſtantiam à qua quod uidetur. Poſita autem ab Ariſt.dubitatione quæ à ſenſu,& oſtenſo qualiter in ſenſibilibus minora determinãt excellentias uirtutũ,ait nihil hoc differre ad aſſignatam potentiæ & impotentiæ rationem. Nam maior quidem eſt excellẽs potentia,& excellens impotentia,ſed excellentia à uirtute determinatur,quãdo hoc quidem exceſſerit,hoc autem defecerit in eadem ſpecie,in re poſſibili,quando autem potentia ipſa in ſe cõſideratur ſimplex eſt excellentiæ ratio,quando autem cũ poſſibili,uiſus & omnino ſenſus,qui eſt minoris ſenſibilis,excedit. uelocitas autem quæ amplioris diſtantiæ in æquali tempore pertranſitiua, excellentia uero uirtutis qualitercũq; ſe habeat id quod eſt poſſibile excellentia eſt. Et uerum eſt quod prius dictum fuit ꝙ excellentia determinatur uirtus,ad ultimum eorum quæ poteſt/dicta.

Determinatis autẽ his,dicendum quod deinceps,ſi itaq; ſunt quędã poſſibilia & eſſe & non eſſe neceſſe eſt tempus aliquod determinatũ eſſe plurimum,& eius quod eſt eſſe,& eius quod nõ. Dico autẽ, poſſibile rem eſſe, & poſſibile non eſſe, ſcđm quodcũq; prędicamentũ, puta hominem,aut album,aut tricubitum, aut aliud quodcũq; talium. Si enim nõ erit quantum aliquod,ſed ſemper plus propoſito, & nõ eſt cuius minus:in infinito erit tpe idẽ poſſibile eẽ,& nõ eſſe alio infinito ſed hoc eſt ĩpoſſibile.

Cõ.114. Cum præaccepiſſet opportuna ad propoſitum,conſequenter illis utens oſtẽdet ꝙ neq; genitum aliquod incorruptibile eſſe,eſt poſſibile,neq; ingenitum corruptibile. Hoc autem oſtendet præoſtẽſo ꝙ omne quod accipitur,ſiue ſubſtantia ſit,ſiue quantum,ſiue quale,ſiue quodcũq; prædicamentum,neceſſe eſt uirtutem habere ipſius eſſe,& non eſſe,non in infinitum,ſed determinato tẽpore habere ad utrũq; uirtutem Si enim non eſt determinatum tempus ipſius eſſe,& rurſus ipſius nõ eſſe, neq; eſt aliquod extra illud tempus ut minus ſit acceptum tempore aliquo. ſed ſemp plus eſt omni præaccepto,palàm eſt ꝙ infinito tempore erit poſſibile eẽ,& non eſſe alio infinito,quod quidem eſt impoſſibile. Si igitur quod genitum & incorruptibile dicitur,poteſt in infinitum non eſſe tempore præcedente,& rurſum in infinitum eſſe tempore ſequente,ſimiliter autem et ſi ingenitum quidem, corruptibile autem,poteſt eſſe in infinito tempore quod præceſſit,ſiquidem ingenitum,& non eẽ in infinito tempore ſequenti,ſiquidem corruptibile,impoſſibile autem eſt aliquid in infinitum ſimul ipſius eſſe & non eſſe potentiam habere,ut oſtendetur,impoſſibile eſt ergo & genitum aliquid ens, incorruptibile eſſe,aut ingenitum corruptibile.

Principium autẽ ſit hinc,impoſſibile & falſum idem nõ ſignificant. Eſt aũt impoſſibile,& poſſibile, & falſum,& verum,hoc quidẽ ex ſuppoſitione. Dicò autẽ vtputa trigonũ impoſſibile eſt duos rectos habere,ſi hoc,& diameter cõmenſurabilis, ſi hoc. Sunt autẽ ſimpliciter & poſſibilia & impoſſibilia, & vera & falſa. Non autẽ idem eſt falſum aliquid eſſe ſimpliciter,& impoſſibile ſimpliciter. te enim non ſtantẽ dicere ſtare, falſum eſt quidẽ,non impoſſibile autẽ. Similiter autẽ & citharizãtem,nõ cantantem autẽ,cantare dicere falſum eſt, ſed non impoſſibile. Simul autẽ ſtare & ſedere,& diametrum cõmenſurabilem eſſe,non ſolum falſum eſt, ſed etiam impoſſibile. Non itaq; idem eſt ſupponi falſum & impoſſibile,accidit autem impoſſibile ex impoſſibili. ſtandi quidẽ igitur & ſedendi ſimul habet virtutem,quia quando habet illam,& alteram habet, ſed non vt ſimul ſtet & ſedeat, ſed in alio tempore. Si itaq; aliquid infinito tempore plurimum habet virtutem,non eſt in alio tẽpore, ſed hoc ſimul.

Cõ.115. Principium facit oſtenſionis huius,quòd impoſſibile ſit aliquid infinito tempore ſimul ipſius eſſe & non eſſe potentiam habere,hoc ſcilicet oſtendere quòd non idem eſt falſum & impoſſibile,neq; quod ſupponit falſum,iam & impoſſibile ſupponit,& quòd conſequitur, impoſſibili quidẽ impoſſibile,falſo autem falſum,ut in primo priorum analyticorum oſtendit. Et primo ꝙ non idem ſit falſum & impoſſibile oſtendit,diuidẽs utrũq; ipſorum in id qđ dicitur ſimplr, & ex ſuppoſitione, ut quæ multiplr dicũtur cum dixerit, eligat illa de qbus ſermonẽ faciat. Nã eis quæ ſimplr & ꝓprie dicuntur indigebit ad ꝓpoſita, & cõſequentias eorum quæ fiunt ex ſeinuicẽ. ꝑ exempla aũt determinate interpretantia neceſſariũ, ex ſuppoſitione aũt impoſſẽ factum ſtatuit. Nã duobus rectis ęq̃les habere tres angulos trigonũ,ex neceſſitate inexiſtens ipſi,ex ſuppoſitione impoſſe erit, ſi qs ſupponat, angulum qui extra trigonũ,duobus interioribus, qui ex oppoſito, nõ ęq̃lem eſſe, ſed uel maiorẽ uel minorem. Et diametrũ tetragoni incõmenſurabilẽ eſſe lateribus,neceſſariũ exñs,impoſſibile eſt,ſi aliquis ſupponat in orthogoniis iſoſcelis triãgulis ſubtenſam lineã recto angulo, ęq̃lem uel duplã eſſe,

uniuscuiusq; cōtinentiū,oppleto enim tetragono,diametri subtensa facta cōmensurabilis erit lateribus,uel æq̃lis exñs uel dupla.Impossibile aūt est cōmensurabilē esse,& cōclusum est impoſe ex suppositione.Alexan.autē hoc exemplū/ait/esse eius quod ſm se qdem est impoſe,ex suppositiōe aūt possibile.s. diametrū esse cōmensurabilē costæ,& possibile est,etiā sic recipi,& maxime qa etiā sic Aristo. de ambobus ꝓponebat dicere.s.de impossibili, & possibili,ex suppositione ut dixi. Est autē impoſe & possibile,& falsum & uerum,hoc qdem ex suppositione,hoc aūt simpl'r,sed ex suppositione uerorum & falsorum,nō adhuc posuit ꝓpria exempla,aut tāq̃ ex dictis de impossi & possibili suppositiōe cognoscentibus nobis, qual'r ex suppositione fit falsum & uerū. Die enim nūc exñte, ex suppositione erit falsum, non esse diē.erit aūt diem nō esse,si qs supponat solē sub terra esse.qd falsum existens ſm se.s.nō diem nunc esse,uerū ex suppōne inuenieť,si quis supponat nunc solem sub terra esse.aut igiť tanquā ex dictis de possibili & impossibili,plano existente & de his sermone ṗtermisit ipsorū exēpla, aut tanq̃ nō differētibus in his q̃ ex suppōne ueris & possibilibus,& falsis & impolibus,cōtentus fuit exemplis,qbus usus est in illis,ut/ait/Alexā. Nam diametrū cōmensurabilē rē eius quod ex suppōne ueri/erit exēplum,scdm se enim falsum existens.s.cōmensurabilē esse,ex suppōne uerum fit.& ſm se uerum ens &,possibile,ꝙ duobus rectis æq̃les habeat trigonū, ex suppositiōe fit falsum, & impoſe,si quis supponat angulū/extra trigonū,maiorē uel minorem duobus intrinsecis ex opposito. Fortè aūt neq; in his idem est falsum & impoſe,sed impossibile qdem semp,est etiā falsum, falsum aūt nō semper impossibile.Secundū se enim uerū existēs me sedere,ex suppōne erit falsum,si quis me ꝓtensum supponat,nō tamē est impoſe me sedere, siqdem possum sedere:post aūt ex suppositiōe possibilia & impossibilia,& falsa & uera,docet simpl'r & ꝓprie talia, de qbus etiam sermonē faciet, & in his maxie differentiā ōndit falsi & impossibilis, ex qbus & ueri & possibilis dr̃iam facile est itelligere.Nam non stantem,potentē autē stare,dicere stare falsum est quidē,nō impoſe aūt,& possibile quidē,nō uerum autem,si ponať posse stare & ipm aliquādo,simul autē,dicere & stare & sedere eundē in eodem tpe, cum hoc ꝙ falsum est,est etiam impossibile simpl'r.Similiter autē & diametrū cōmensurabilē esse lateri,non solū falsum est,sed & impossibile,ostēsum est,quia impoſe cum hoc ꝙ impossibile est,semp, est etiam falsum.Si enim se cōsequerētur inuicem,nō erat opportunū dicere,nō solum falsum,sed & impossibile,ostenso aūt ꝙ aliud est falsum,& aliud impossibile,ɔsequutiue infert.Non itaq; idem est supponi falsum & impoſe. Est autem dignum attendere,ꝙ non, idem est supponi aliqd impossibile aut falsum,& ex suppositione dictū impossibile aut falsum.Nam dicēs qdem,sit diameter cōmensurabilis lateri impossibile aliquid supponit.Dicens autē si subtensa linea cōtinentibus rectū angulū lateribus inuicē æq̃libus,æqualis est ipsis,cōmensurabilis erit diameter lateri,iste ex suppōne impossibilis,impoſe aliquid conclusit.Et qui,die exñte,dicit,si sol sub terra est,nox est,ex suppōne falsi,falsum aliquid dicit.Cōsequentia in his seruata,ɔsequenter autē & reliquū induxit: ꝙ accidit ex impossibili impossibile,sed nō ex falso simpl'r,nisi cōtingat falsum impoſe esse.Hoc autē sine demōstratione nūc posuit,quia ostenderat in primo priorum analyticorū cōsequentias conuenīter sc habentes,ut falso quidem falsum consequať,impossibili autē impossibile.Deinde cōsequēter & aliud quiddā assumit, utile sibi ad ṗmissi ōsionem,ꝙ oppositorū,puta ipsius stare & sedere, simul habet aliqd potentiam; non tamē sic,ut & simul actus potētiarū harum habeat.hoc enim est impoſe, scilicet agere simul ſm contraria,sed ut in alio & alio tēpore,his agat seorsum. Non sic autē in alio, ut in determinatis,uelut pubescere qdem in hoc,caluū autem fieri in hoc.Si enim sic, non adhuc potentias simul habet oppositorum.nam qui senuit,non potest pubescere.Sed quādo non magis in hoc tēpore,huius potentiæ actum q̃ oppositæ sibi,tunc simul quidem amborū potentias diceť habere,ut standi & sedendi,nō tamen simul ambos actus agere. Qui autem dicit infinito tempore aliquod plurium & oppositorum potentias habere,non tāquā in alio tempore,& alio actus habituro ipso dicit.Non adhuc enim in infinitum habebit potentiā ipsorum,si est aliquādo non potest actum alicuius ipsarum habere,sed qui hoc dicit,dicit simul posse plurium & oppositorū actus habere.qd quidem est impossibile. Si igitur aliquis dicat ipsius esse & non esse,in infinitū aliquid habere potentiam, ut simul ſm ambo potente agere dicit,quod quidē est impoſe,impossibile est enim simul plura & opposita,agere aut pati.

Itaq; siquidē infinito tempore existens corruptibile est virtutem habebit non essendi. Si itaq; in infinito tempore est, sit existens quod potest non esse, simul igitur erit & non erit secūdum actum. Falsum quidem igitur accidet, quia falsum positum est. Sed si non impossibile erat, non etiā impossibile esset, quod accidit, omne igitur semper existens, simpliciter est incorruptibile.

Praeaccepti utens ostendit ɔsequenter, æternum incorruptibile esse, deinde & ingenitum, deinde Cō.116.

& q conuertuntur hæc ad id quod æternũ. hoc est, quod & ingenitũ, & incorruptibile, æterna sunt proponens ostendere. Si non se sequũtur/ait/inuicem ingenitũ & incorruptibile, neq; æternũ utrũq; ipsorum seq̃tur: ut autẽ ostendat q incorruptibile & ingenitum se sequãtur inuicem, ostendit prius, q genitum & corruptibile se mutuo consequũtur. Et sic erunt uniuersaliter ostensa quæ promisit, scilicet q impossibile est aliquid ingenitum corrumpi, & genitum aliquid incorruptibile pseuerare, siquidem ingenitum & incorruptibile æterna sunt, & si ingenitum & icorruptibile, & genitũ & corruptibile se sequuntur inuicem. quilibet enim trium horum processuũ, quibus usus fuit ostendit pmissa, si enim æterna sunt q̃ ingenita, & incorruptibilia, impossibile ingenitum corruptibile esse, aut genitum incorruptibile, neq; enim genitum, neq; corruptibile, possibile est, æterna esse. et si se consequuntur inuicem genitum & corruptibile, & incorruptibile & ingenitũ; etiam sic est impossibile ingenitum aliquid corrumpi, aut genitum existens, incorruptibile perseuerare. Primo igitur ostendit ex prædictis quòd æternum incorruptibile est, & non erit corruptibile, præacceptum est autẽ, quòd id quod ad infinitum tempus plurium potentiam habet, puta ipsius esse, & non esse, sic ipsas habet ut & actus ipsarum simul suscipere possit. Si enim est quando non potest agere secũdum ambo, frustra dicitur ad infinitum ipsorum potentiam habere, omnis enim potentia est alicuius actus potentia. quare quod ad infinitum potentiam habet ipsius non esse, tale autem est quod supponitur æternum corruptibile, quoniam omnis potentia est actus potentia, fiet utique aliquando in non esse, & non impossibile, supponi hoc ipsi ad esse secundum actum, quod poterat, quare supponatur corruptum, & si nondum corrumpatur. Erit autem hypothesis hæc falsa quidem si nondum est corruptum, non impossibilis autem, siquidem habet potentiam ut corrumpatur. Sed si æternũ existens corrumpitur aliquando, necesse est ipsum simul esse & non esse. Quod quidem non solum falsum est, sed & impossibile. Nõ erat autem hypothesis impossibilis, sed falsa solum. uidelicet si nũc potens corrumpi supponatur esse corruptum, ut hic patiatur, non penes hypothesim. ergo est impossibilis consequentia. Non enim consequitur falso impossibile, sed penes id quod à principio totũ impossibile existens, scilicet ad infinitum tempus potentiam habere ipsius non esse. Hoc enim dicit, qui æternum aliquid, corruptibile supponit. Nam semper existens potentiam habere/ait/huius, scilicet quandoq; non esse. quare si supponatur non esse, simul ens & non ens erit. quo quid erit impossibilius, ens quidem ad infinitum potentiam quãcũq; habens, ex necessitate in infinitum eẽ, nam non subsistens, neq; habere potentiam dicetur. Non ens autem quia supponitur hic patiens quod quidem poterat, hoc siquidem explanans Aristo. adiecit. {Si itaq; infinito tempore,} nam infinito tempore potentiam habens, & esse infinito tempore necesse est, siue ipsius esse & non esse habeat potentiam, quod quidem præaccepit, siue solius ipsius non esse habeat potentiam. Frustra igitur, existimo Alexandrum uelle intelligere cum hoc quidem, si infinito tempore, hoc amborum aliquid potentiam habet, & iterum, cum hoc {sit existens, quod potest} hoc esseq;, & non esse, sufficit enim ad semper ipsum esse, supponi infinito tempore existens ad infinitum potentiam ipsius non esse. Nam corruptibile esse ad infinitum, nihil aliud significat, quàm quod ad infinitum: tale enim potentiam habens ad infinitum cuiuscũq; maxime ad ipsius esse & non esse. Concludens autem hanc rationem Aristo. omne igitur/ait/semper existens, simpliciter incorruptibile, hoc est/non habens potentiam ut corrumpatur, neq; tale existẽs ut corruptibile dicatur. Hoc enim appositio {simpliciter} significat. Si enim semper ens, non simpliciter incorruptibile sit, sed cum potentia ipsius corrumpi, aut huius, scilicet non esse, ostensum est impossibile quod consequitur, scilicet idem esse & non esse secundum actum. Quod non solum falsum supponenti consecutũ est, sed & impossibile, scilicet supponenti æternum corruptibile. Merito igitur concludens dixit. {omne semper existens simpliciter incorruptibile est.}

Similiter autem & ingenitum, si enim genitum est, erit possibile tempore quodam non esse. Corruptibile enim est quod prius quidem fuit, nunc autem non est, aut contingit quandoq; posterius non esse: genitum autem, quod contingit prius non esse, sed non est in quo tempore possibile, quod semper ens, ut non sit, neq; infinito tempore, neq; finito. Etenim finito tempore potest esse, siquidem & infinito. non igitur contingit unum & idem semper posse esse, & semper non esse.

Cõ.117. Ostenso quòd semper ens incorruptibile sit, consequenter ostendit quòd & ingenitum, & altero à priori & eodem etiam nunc processu utens, supponens enim ipsum genitũ, inducit quòd erit possibile tempore aliquo non esse. ut enim corruptibile dicimus, quod potest post esse & non esse, sic genitum, quod potest ante esse, non esse. Suppositum est autem semper ens, impossibile non eẽ. Neq;

igitur infinito tempore potest non esse, neq; finito, quodcunq; enim supponit quis finito tempore nō esse, impossibile supponit. Si enim infinito tempore est, quod ipse dixit, potest esse, palàm quòd & finito erit, omne enim tempus finitum in infinito continetur. Sic igitur intellectu semper entis usus, ostendit quòd semper ingenitum est, si hoc quidem semper est. Quòd autem genitum, quandoq; quidem esse oportere quandoq; non esse, deinde subiunxit. non ergo contingit unum & idem semper posse esse, & semper non esse. Deinde de corruptibili demonstrationem nobis rememorās. Si. n. semper ens, genitum supponatur actu ens, semper potentiam habebit ipsius non esse, semp enim ens genitum est. si igitur supponamus existere sibi quod potest, accidet idem actu esse & non esse, quod quidem est impossibile. Extendens igitur impossibile Aristo. non igitur contingit/ait/idem & unum semper esse posse, & semper non esse. Contrarium est enim semper non esse, & semper esse, ut docebitur, & prius quidem ab intellectu ipsius semper esse ostendetur, quòd impossibile est ipsum quandoq; non esse. Nunc autem ab eo quod semper est genitum dictum est semper habere potentiam ipsius non esse, si ponatur in actu quod potest, accidet semper esse, & semper non esse. Non enim determinato aliquo tempore habebat potentiam ipsius non esse, quoniā & ante illud & post illud, nō eēt genitū, sed ad infinitum supponitur, sicut ipsius eē, ita & ipsius nō eē potētiam habens.

At vero neq; negationem, puta dico non semper esse. impossibile igitur, & semper quidem aliquid esse, corruptibile autem esse. Similiter autem neq; genitum. Duobus enim terminis, si impossibile est posterius sine primo existere, illud autem impossibile existere, & quod posterius, itaq; si semper existens, non contingit quandoq; non esse, impossibile est & genitum esse.

Cum dixisset quòd non contingit unum & idem semper posse esse, & semper non esse, & intellexisset quòd semper esse ad semper non esse ut contrarium opponitur, quia nūquàm simul uerificātur, falsificantur autem simul in quandoq; quidem entibus, quandoq; autem non entibus, sicut in indiuiduis quæ generantur & corrumpuntur, merito induxit, quòd semper esse, non solum contrarium est semper non esse, impossibile est coexistere, sed neq; negationem dicētem non semper eē, possibile est simul uerificari, cōtradictio cum sit. Si autem semper ens/aut corruptibile/aut genitum est, patet ꝙ non semper ens est, quare simul uerificatur contradictio, dicentibus semper ens corruptibile, aut genitum esse. Quoniam autem prius semper ens, corruptibile supponebatur, & tunc ꝙ genitum, propter hoc in argumento ex contradictione primo iterū meminit corruptibilis. Quòd autem huius, semper esse, negatio sit hæc, non semper esse, palā est quidem & ex eo, ꝙ in oībus ipsa partiuntur uerum & falsum: neq; enim simul uerificari, neq; simul falsa eē ipsa possibile est. Palàm est autem & ex eo, ꝙ affirmationum habentium {est tempus consignificans} negationes fiunt ipsi est, negatiua particula apposita. Quare & ubi {est qdem nō consignificat tēpus} sed aliud aliquid est tēporis significatiuū, illi oportet apponi negatiuā pticulam, ut fiat negatio. Si igitur in hoc, semp ens est {est} qdē non cōsignificat tempus, non enim determinatū est in illis pręsens {semp autē} est significatiuū tpis, semper enim significant, quod in omni tpe est, & nō in aliquo multorū determinato, merito igitꝰ ad {semper} negatiua pticula apposita negatio fit, & est ipsius semp esse, negatio quidē, nō semp esse, cōtrarium autem semp nō esse. plurimū enim distat ab ipso, & simul aliquādo falsa accipiuntꝰ, nunq̄ aūt uera. Adhuc aūt {semper} modus inherentiæ uidetꝰ esse, sicut & ex necessitate. Negationes aūt fiunt, negatiuis pticulis appositis modis in ꝓpositionibus, sicut in libro peri hermenias edocti sumus. Cū dixisset autē ꝙ ꝓpterea ꝙ negatio nūq̄, cum affirmatione simul uerificatꝰ, ut semp ens impoſe sit non semp esse: et ꝓpter hoc impoſe est semp quidē aliqd esse, corruptibile aūt esse, nam corruptibile nō semper ens est: induxit. similiter autē neq; genitū est, quod semp est. Nā & genitū non semp est sicut corruptibile, ꝓpter quod neq; genitū cum semp ente coexistere pōt, sicut neq; qđ non semp est. ostēdit autē idem & per expositionē duorū terminorū. Nam & hoc argumentū (ut existimo) ex negatiōe acceptū est. Propter quod & causalē ꝯiunctionem apposuit dicens. {Duobus enī terminis etc.} sicut enim impossibile Socratē hominē esse, non animal exñtem, est. n. posterius homo, prius aūt animal, ut cōius & uniuersalius, impossibile est autē posterius esse nō exñte priori: quo modo enī erit aliquid particulare, toto & cōtinente ipm nō exñte? sic priori quidē existente, & uniuersaliori {quādoq; quidem non ente,} quod idem est cū hoc, non semp ente, qđ quidē est negatio huius. f. semper entis, posteriori aūt & particulariori {genito quādoq; enī non ens} non solū genito, sed & corruptibili inest, quoniā impossibile {semp ens aliquādo non esse,} hoc est non semp esse, impoſe est & genitum ipsi inesse. Sicut igitur ostensum est, per negationem, ꝙ {semper ens,} corruptibile esse est impossibile: ita per eandē & ꝙ genitū ipsum esse impoſe sit ostēsum. Propter qđ & similiter dixit, neq; genitū esse.

Cō.119.

¶ Alexan. uero & alii expoſitores dicunt, ut alia demõſtratione, hoc. ſ. ꝙ ſemp ens nõ ſit corruptibile cõcludentem ab ea, q̃ oſtenſum eſt, neq; genitũ eſſe quod ſemp ens, adhuc alium modũ demõſtrationis appoſuiſſe ex negatione. Cauſam autem (ut exiſtimo) dicens hoc: quòd Ariſto. in expoſitione duorum terminorum non nominauit negationem ſemper entis. ſ. non ſemper ens, ſed quod huic ęquiualet ſcilicet quandoq; non eſſe.

Quoniam autem negatio huius, ſemper poßibile eſſe, eſt non ſemper poßibile eſſe, ſemper autem poßibile non eſſe, contrarium, cuius negatio eſt non ſemper poßibile non eſſe, neceſſe eſt negationes ambarum eidem exiſterę, & eſſe medium ſemper entis, & ſemper nõ ens, quod poßibile eſt eſſe & nõ eſſe. vtriuſq; enim negatio quandoq; exiſtet, ſi non ſemper ſit. Quare & non ſemper non ens, erit quãdoq; & non erit, & non ſemper poßibile eſſe ſcilicet, ſed quandoq; ens. Quare & non eſſe. idem igitur erit poßibile eſſe & non eſſe & hoc eſt amborum medium. Ratio autem vniuerſalis hæc. ſint enim a, & b, nulli eidem poſſibilia exiſtere. Oportet autem a, aut g, & b, aut d, neceſſe eſt itaq; cui neq; a, exiſtit, neq; b, omni exiſtere g, d. ſit itaq; medium e, a, b. contrariorum enim quod neutrum, medium. Huic itaq; neceſſe ambo exiſtere, & g, & d. omni enĩ aut a, aut g, quare & ei quod eſt e. Qm̃ igitur a, impoßibile, g, exiſtet, eadem ratio & in d. neq; itaq; ſemper exiſtens genitum eſt neq; corruptibile, neq; ſemper non ens.

Cõ. 119. Alexander q̃dem per hoc oſtendi, ait, ꝙ genitũ & corruptibile eidem naturæ inſunt. Et eſt quidẽ uerũ etiã hoc, fortè autẽ non hoc principale eſt, ſed per hoc adhuc oſtendiť, ꝙ ſemp ens, neq; genitũ, neq; corruptibile eſt: In hoc ergo ſermone terminat cõcluſionẽ dicens { neq; itaq; ſemp ens genitum, neq; corruptibile, neq; ſemper nõ ens } nam & hoc apparuit cũ dictis. Cõfert autẽ ratio hæc, & ad oſtẽdendum ꝙ ſe ſequunť inuicẽ genitũ & corruptibile, ex quo oſtendeť ꝙ & ingenitũ & incorruptibile ſe ſequunť inuicem. nũc autẽ iterũ oſtendit ꝙ neq; ſemper ens, neq; ſemper nõ ens, neq; genitũ, neq; corruptibile eſt, ex eo ꝙ negationes ſemp entis & ſemper nõ entis, uerificanť de aliquo mediæ amborum naturæ, quæ genito & corruptibili cõuenit. Qm̃ enim, ait, ſemper poſſibilis eſſe, hoc eſt ſemper entis (ſic enim uidetur ubiq; uti) negatio quidẽ eſt, non ſemp potens eſſe, cõtraria aũt affirmatio, ſemper potens non eſſe, huius autẽ negatio, non ſemp potens nõ eſſe, negationes ambarũ affirmationũ neceſſe eſt eidem exiſtere, alii enti pter cõtraria Hoc enim oppoſuit Alexãder. q̃a poſſibile eſt alterius affirmationis negationem exiſtere cõtrariæ affirmationi. nam non album & de nigro uerificatur, ſed non adhuc & non nigrum. Quare de quo ambarum cõtrarium negationes uerificãtur, neceſſe eſt aliud eſſe pręter ambo, & ſuperflue nos tanquã deficiens ipſum ſic exponimus addendo, cui enim affirmationes non inſunt, neceſſe eſt huic negationes ipſarum ineſſe, ſiquidem omni neceſſariũ, aut affirmationem, aut negationem ineſſe, cõtradictorie oppoſitas. Neceſſe eſt autem ait, cui negationes ſemper entis, & ſemper non entis inſunt, hoc medium eſſe ambarum affirmationũ, potens eſſe, & non eſſe, eſſe quidem, quia non ſemper non ens eſt. non eſſe autẽ, quia non ſemper ens, nam utriuſq; negatio { ſemper } interimens ipſius eſſe & non eſſe, & ſi non ſemper, ſed quandoq; exiſtere, & quãdoq; non exiſtere concedit, propter quod & { ſemper } non eſſe interimit. Quare & nõ ſemper non ens, & non ſemper ens, erit quãdoq; & non erit. Talia autem genita ſunt, & corruptibilia, quibus quãdoq; exiſtere quidem eius quod eſt ſemper nõ exiſtere, negatio dat, quãdoq; autem nõ exiſtere, huius eſt negatio, ſemper exiſtere, & eſt medium naturæ quod tale eſt quandoq; quidem ens, quandoq; autem nõ ens, ſemper entis, & ſemper non entis, ut ipſo quãdoq; non eſſe participans, negationes enim { ſemp } interimentes { quandoq; } relinquunt. Non hoc autem dicit ꝙ omne de quo contrariorum negationes uerę ſunt, id medium ſit cõtrariorum. nõ enim eſt hoc uniuerſaliter uerum, neq; enim immediatorum cõtrariorum eſt aliquod medium, q̃uis ſit aliquid & in illis, de quo amborum contrariorum negationes uerificantur. Aegrotare enim & ualere, & par & impar, cõtraria immediata uidentur, & non eſt aliquid medium inter ęgrotare & ſanum eẽ: eſt tamẽ aliquid de quo uerum eſſe poteſt neq; ęgrotare, neq; ualere. In ligno enim ambo uera, ſed neq; paris & imparis, quod neq; impar neq; par, de medio aliquo dicitur, & tamen de continuo quanto uerificantur. ¶ Eſt autem dignum inquiſitione, utrum inueniantur omnino imediata contraria. nam ꝙ ſanitas omnino & ægritudo non ſint immediata, manifeſtat quæ apud medicos dicuntur, de neutra conſiſtentia. Quòd autem paris & imparis medietas ſit, manifeſtat pariter impar & impariter par. Et uniuerſaľr contraria ſunt, quæ ſub eodem genere plurimum abinuicem diſtant: in diſtãtibus autem plurimum abinuicem, reperientur etiam

minorem

minorem distantiam habentia, quare esse non poterunt imediata. Sed neq; in cõtrariis mediatis est, uerum de quo contrariorũ negationes uerificantur, medium esse cõtrariorũ. De puncto enim, uera est albi & nigri negatio, & tamẽ non est medium albi & nigri punctum. Verificatur enim & in contrariis mediatis utriusq; cõtrariorum negatio, & de medio, non tamen iam & de quibus uerificatur omnibus hæc media sunt. Neq; Aristo. hoc dicit, tanquã uniuersaliter ens, sed hoc quidem, cõtrariorum negationes de eodem uerificari, ut uniuersaliter ens posuit. hoc autem, in quo amborum cõtrariorum negationes uere, hoc medium esse singulariter in hoc accidit, in quo semper entis, & semper non entis negationes uerificantur. Et causam ipse apposuit, dicens. Nam utriusq; negatio quandoq; existet si non semper, nam {semper} interimentes ambę {quãdoq;} relinquũt hoc quidem {quando esse} hoc autem {quãdo non esse.} In quibus igitur contrariorũ negationes sic sunt uerę, ut aliqualiter ipsę participent contrariis, hæc media contrariorum sunt, non simpliciter omnia, de quibus negationes sunt uerę. ☞ Quęrit autem Alexan. quomodo contraria sint, semper ens, & semper non ens. quod enim erit genus ipsorum cõmune? Et dicit q; non conceditur contraria inuicem omnia sub eodem genere esse, sed quæ simpliciter & principaliter contraria, talia utiq; erunt, hæc autẽ sunt, quę sine complexione dicuntur, ut album & nigrum. quæ autem ſm complexionem, non adhuc, alia est enim in propositionibus contrarietas. ut igitur conceditur contrarias esse propositiones has. s. ex necessitate est, ex necessitate non est, quãuis nullum habeant cõmune genus, sic & hæ, semper est, semp non est, contrariæ inuicem sunt, æquiualentes illis. Hæc enim semper est, æqualis est huic ex necessitate est: hæc autem semper non est, æqualis est huic, ex necessitate non est. Non est autem/ait/& harũ cõmune genus dicere propositionẽ uel adhuc magis affirmationem. Hoc igitur/ait/de quo amborũ negationes uerificanť, erit quãdoq; & non erit. Eadem ergo natura est susceptiua amborum. s. ipsius posse esse, & non esse, talia autem sunt corruptibilia & genita. Nam corruptibile quidem est possibile non esse, genitum autem possibile esse. idem est ergo genitum & corruptibile, siquidem idem est potens esse, & non esse, ut Aristo. ait/quãuis {genitum} quidem secundũ esse {corruptibile} autem secundum posse non esse. unde & idem est in medio cõtrariorum, scilicet & esse & non esse possibile, quare cõuertentur ad inuicem genitum & corruptibile. Quòd autem bene acceptum est, id de quo alterius contrariorum negatio uera est de hoc, & alterius, & q; uniuersalis sit talis ratio, (sicut consueuit in uniuersalibus demonstrationibus) ostendit. ꝑdeterminato q; uniuersalis sit ratio. Ponit autem a/& b/ ut cõtraria nam contraria sunt q̃ nulli eidem possunt inesse. Deinde utriusq; negatione apposita, ipsius quidem a/g ipsius autẽ b/d/duas fecit cõtradictiones, quas per hoc significauit, omni enim a/aut g/& b/aut d. hoc enim contradictionis proprium. Si igitur affirmationes quidem a/b/cõtrariæ, negationes autem oppositæ ipsis cõtradictoriæ, g/d/necesse est cui neq; a/inest, neq; b/huic omniineẽ g/d. siquidem omni, aut affirmationem, aut negationem inesse necesse est propositionũ oppositarũ inuicem contradictoriæ. Sumens autem e/cui a/& b/non insunt, ex necessitate/ait/huic g/& d/inest. Cum dixisset autem ipsum e/esse medium ipsorum a/b/& adiunxisset, contrariorũ enim quod neutrum, medium: hoc/ait/Alexan. sic simpliciter dictum nõ est uerum. Non enim necesse est medium esse, de quo amborum contrariorum negationes uerificanť, ut ostensum est. Sed fortè/ait/non principaliter medium nunc accepit, sed cõmunius, medium hic dicit contrariorũ, de quo amborum negationes uerificantur, secundum q; neutri ipsorum est idem. Et potest/ait/magis defectiue dictũ esse medium, quia neutrum illorũ sit. Nam quod non intelligitur quidem ens illa, habet autem aliquid illorum, tale est, talia autem sunt de quibus est sermo. Nam neq; semper ens, neq; semper non ens, ambobus ſm aliquid participat, scilicet semper ente, & semper non ente, hoc quidẽ ſcdm q; quãdoq; est, hoc aũt ſm q; quãdoq; non est. Quòd autẽ secũdum hunc intellectũ acceperit medium Aristo. ut ad aliquid participans ambobus, significauit prius dicens: idem ergo erit possibile & non esse, & hoc est amborum medium. Et adhuc magis in his quæ ante hoc idem insinuatur. Proponens autem ostendere quòd semper ens, neq; genitum, neq; corruptibile est, & ostenso quòd negationes semper entis, & semp non entis uerificanť de genito & corruptibili eodẽ existente, cõuenienter cõcludens adiecit. {Neq; itaq; semper ens genitum, neq; corruptibile, neq; semper non ens.} Siqdem cõtradictorie opposita negatio ipsius semper esse, quæ est non semper esse, inest genito & corruptibili, & non simul uerificetur contradictio, de eodem genito & corruptibili: affirmatione uerificata, quæ dicit semper esse propter hypothesim, & negatione quæ dicit, non semper esse propter oportere negationes cõtrariorum de eodem uerificari. Hinc igitur manifesta facta est necessitas & opportunitas assumptionis contrarii. s. semper non esse. Non enim proponebat aliquid de hoc inquirere, sed ut genito & corruptibili inuento quod est medium semper entis & semper non entis, ex negationibus uerificatis de eo, ostensum est clare q; impoſe est semp ens, & semp non ens simul genitũ, aut corruptibile esse.

Palàm autem, quia & ſi genitum eſt aut corruptibile, non eſt ſempiternum. Simul enim erit poſſibile ſemꝑ eſſe, & poſſibile non ſemꝑ eſſe. Hoc autẽ ꝙ impoſſibile ſit, oſtenſum eſt prius ſufficiẽter,

Cõ.120. Oſtenſo ꝙ ſemper ens, neq; genitum, neq; corruptibile eſt, oſtendit conſequenter quod conuenit huic quod neq; genitum, neq; corruptibile æterna ſunt. Si enim ſupponatur (ait) æternum ꝙ genitũ & corruptibile, ſimul erit idem poſſibile eſſe, & non eſſe, ut Alexan ait, quia quod ſemper eſt ens, ſemper eſt, & non habet potentiam, quandoq; non eſſendi. Si igitur ſupponatur poſſibile non eſſe ens, non erit quidem propter hypotheſim, erit autem quia æternum erat, & falſa quidem hypotheſis eſt quæ accipit poſſibile non eſſe ens, non tamen impoſſibilis, impoſſibile eſt autem quod cõcluſum eſt. ſ. idem ſimul ens eſſe, & non ens eſſe. non penes hypotheſim ergo, ſed penes id quod poſitum eſt. ſ. genitum æternum eſſe. Sic quidem Alexan. ad poſſibile non eſſe attendens (ut exiſtimo) ſi autem poſſibile non eſſe pro eſt & non eſt, dixit (ut ſępe ipſe Alexan. nominauit) cur nõ ſimplicius accipimus? ſcilicet quòd idem ſecundum idem quandoq; eſt & non eſt. eſt quidem, quia ſemper ens ſupponitur. non eſt autem, quia genitum, & corruptibile, neceſſe eſt ut quãdoq; ens ſit quandoq; non ens. Quod enim {poſſibile non eſſe} non ſic dixit Ariſto. ut actu quidem ens, potentia autem non ens, ſed prò non eſſe poſuit ipſum, ſignificans {poſſibile eſſe} de ſemper ente dictum, non enim in hoc ſecundum actum quidem non ens, poſſibile autem ens ſignificat, nam ſemper ens actu ens eſt, ſed poſſibile nunc, non potentia dicit, ſed potentiam habens quæ cum actu coexiſtit. propter quod in idem uenit {poſſibile eſſe & poſſibile non eſſe} cum ente & non ente ¶ Inquiret autem aliquis (ut exiſtimo) prò pter quid Ariſto. tantos extendit ſermones, ſic euidentiſſimum oſtẽdere uolens? Quid enim eſt euidentius iſto, quod uidelicet ſemper ens, neq; genitum, neq; corruptibile eſt, quòd poteſt quandoq; quidem eſſe, quandoq; autem non eſſe? Et iſto, quòd genitum & corruptibile, non ſemper ens eſt? ſiquidem genitum & corruptibile eſt, quod poteſt quandoq; quidem eſſe, quandoq; autem non eſſe. Quod autem aſſumptum ad oſtẽſionem huius, non eſt obſcurius iſto? Qualiter igitur non incõueniens Ariſto. omnium doctorẽ in his maxime ignorare, quid ſit propter ſeipſum credibile & immediatum. quidq; alterius auxilii medio ad fidem indiget. ¶ Secundo autem aliquis inquiret, quã opportunitatem omnino ipſi exhibet, euidentis axiomatis oſtenſio. Nam propoſitum quidem erat contradicere putantibus contingere ingenitum aliquid ens corrumpi, & genitum incorruptibile perſeuerare, ſicut in Timæo. ad hoc autem ſufficit conuerſio tradita geniti ad corruptibile, & ingeniti ad incorruptibile, quæ conſequenter nunc tradidit. Fortè igitur contradicens ad dicentes, genitum quidem incorruptibile autem, aut ingenitum quidem ſed corruptibile, oſtendit quòd non poſſunt hæc combinari ad inuicem, ſed quòd quidem ingenitum eſt & incorruptibile æterna oſtendit, genitum autem & corruptibile non æterna, ſed determinato tempore eſſe & non eſſe habentia, ſic enim in ſecunda figura concluditur, per medium æternum, quòd neq; ingenitum corruptibile, neq; genitum incorruptibile poteſt eſſe. Oſtendit igitur non ſolum quòd genitum & corruptibile non poſſunt eẽ æterna, hoc enim in ueritate manifeſtum erat, ſed & quæ ſit ipſorum natura, & qualiter ſe habẽt ad ſemper ens, & quòd ſunt medium ſemper entis, & ſemper non entis, tãquàm ambobus participant, & ex huius medio quòd ſe ſequuntur inuicem, quod utile eſt ipſi ad oſtendendum, quòd ingenitũ & incorruptibile ſe ſequuntur inuicem. Et cum oſtendiſſet hanc propoſitionem dicentem, genitum & corruptibile non ſemper eſſe: ſic ut non ſemper non ens, oſtendit conſequenter, quod ingenitum & incorruptibile ſemper eſt, hoc autem oſtendendo, conſequi ipſa adinuicem, hoc autem oſtendendo, genitum & corruptibile inuicem conſequentia eſſe.

Igitur ſi quod ingenitum eſt, ens autem, hoc neceſſe eſt ſempiternum eſſe. Similiter autem & ſi incorruptibile, ens autem. Dico *autem ingenitum & incorruptibile, quæ proprie dicuntur. Ingenitum quidem quod eſt nunc, prius non erat verum dicere, non eſſe. incorruptibile autem quod nunc ens, poſterius non erit verum dicere non eſſe.*

Com.121. Oſtenſo ꝙ æternum, neq; genitum, neq; corruptibile eſt, quibus conſequitur ſemper ens, ingenitum, & incorruptibile eſſe. omne enim aut genitum eſt, aut ingenitum, & aut corruptibile, aut incorruptibile. Et iterum oſtenſo quòd genitum & corruptibile non ſunt æterna, conſequenter quærit, ſi ingenitum & incorruptibile æterna ſunt. Appoſuit autem ingenito {ens} & ſimiliter incorruptibili, quia multipliciter his dictis, poſſibile fuerat, & de non omnino ente, & de non poſſibili fieri, prædicari ingenitum & incorruptibile, puta diametrum cõmenſurabilem eſſe lateri, neq; enim hoc fieri poſſibile eſt, neq; corrumpi, cum non ſit, ſed & de quandoq; quidem ente, quandoq; autem non en

te,non per generationem autem aut corruptionem in hoc transmutato,uerificatur ingenitum & incorruptibile.Multipliciter igitur his dictis per appositionem huius/ens,segregauit ipsa à non entibus.Per expositionem autem proprie dictorum sermo ipsi nunc proponitur.Alexander uero quàuis in propositione literæ scripserit,{ Similiter autem & si incorruptibile quidẽ ens autem }attamen in expositione tãquàm sic habentem literam exponit,{ similiter autem & si æternum ens autem, } & dicit ingenitum dici,& de hoc quod est impossibile fieri.ingenitum enim est,ut diametrum esse lateri cõmensurabilem,idem autem hoc & æternum possibile esse dicere.æternaliter enim impossibile est esse cõmensurabilem.Vt igitur/ait/quæ sic dicuntur æterna & ingenita,per nũquã esse, neq; fore aliquando:aut secũdum aliquod aliud eorum quæ secũdum ipsum significatorum,separet à dictis. Propter hoc apposuit utriq; ipsorum{ens autem }quãuis Aristo.libri quicũq; ad me deuenerũt,sic scripti sint.{ Similiter autem & si incorruptibile,ens autem,}de ambobus autem ingenito & incorruptibili esse dicit æterna,propter quod & ambobus hoc determinauit.scilicet ꝙ principaliter est ingenitum & quod principaliter est icorruptibile,quæ quidem opponunť principaliter genito & corruptibili.Nam genitum principaliter dixit,quod nunc ens,prius possibile esse,& corruptibile principaliter quod nunc ens,posterius possibile est non esse.

Aut siquidem hæc seinuicem consequuntur,& quod ingenitum incorruptibile,& quod incorruptibile ingenitum,necesse est & sempiternum vtriq; consequi,& siue aliquid sit ingenitum sempiternum esse,siue incorruptibile, sempiternum.Palam est autem & ex determinatione ipsorum:est enim necesse, si sit corruptibile/genitum esse,aut enim ingenitum,aut genitum.Si enim ingenitum/incorruptibile supponitur,& si genitum,corruptibile est necessario:aut enim corruptibile,aut incorruptibile,sed si incorruptibile,ingenitum supponitur.Si autem non consequuntur seinuicem incorruptibile & ingenitum,non est necesse neq; ingenitum neq; incorruptibile sempiternum esse.

Cum inquisiuisset an ingenito & incorruptibili æternum consequatur,dicit nunc, quòd si quidẽ hæc se inuicem sequuntur, ut ingenitum incorruptibile,sic & incorruptibile ingenitum, necesse est & æternum utriq; horum consequi, natura ingenitum simul & icrrouptibile existens palàm ꝙ & æternum est , neq; enim prius ipsum non esse possibile est,siquidem ingenitum est, neq; posterius si quidem incorruptibile.Quod autem prius uerum erat dicere ꝙ non est, neq; posterius, hoc necesse est æternum esse.Bene igitur dixit ꝙ ex diffinitione ingeniti & incorruptibilis palàm est ꝙ sequentibus se inuicem ingenito & incoruptibili,sequetur & æternum ipsis.Annotauit autem ꝙ si genitum & corruptibile se inuicem sequunť.si enim corruptibile non est genitum,ingenitum utiq; erit,quod autem ingenitum,incorruptibile supponitur.ergo corruptibile, icorruptibile erit,quod quidem est impossibile.Similiter autem & si genitum aliquid sit,necesse est & corruptibile ipsum esse,si enim incorruptibile erit ingenitum: genitum igitur ingenitum erit. subiunxit autem huic,{ Si genitum & corruptibile est necessario } hoc,scilicet aut enim corruptibile, aut icorruptibile est. necesse est enim relinquentes medium ob breuitatem,hoc scilicet uel est enim corruptibile uel incorruptibile consequenter inferre/hoc scilicet, { sed si incorruptibile ingenitũ supponiť. } Mirabile est autem ꝙ ostensurus ingeniti & incorruptibilis consequentiam,per consequentiam geniti & corruptibilis nunc geniti & corruptibilis consequentiam sequi/ait/consequentiam ingeniti & incorruptibilis.Sed uidetur ostendi per hoc quòd quæcunq; harum consequentiarũ extiterit, alteram etiam existere necesse est. Si autem non se sequuntur inuicem ingenitum & incorruptibile,non necesse est/ait/neq; ingenitum neq; incorruptibile æterna esse,neq; enim ingenitum quidem,corruptibile autem,neq; incorruptibile quidem,genitum autem,possibile est æterna esse. Cõ.111.

Quod autem necesse sit consequi,ex his etiam est manifestum:genitum enim & corruptibile sequuntur seinuicem.Palàm est autem & hoc ex prioribus, semper enim entis & semper non entis,est medium cui neutrum consequitur.Hoc autem est genitum & corruptibile:poßibile est enim & esse & nõ esse,determinato tempore vtrunq;.Dico autem vtrunq; & esse quanto quodam tempore,& non esse. Si igitur est aliquid genitum aut corruptibile,necesse est hoc medium esse.Si enim a/semper ens.b/autem non semper ens.g/autem genitum.d/autem corruptibile:necesse est itaq; g/medium esse a/& b. his enim non est tempus ad neutrũ terminum, in quo aut a/nõ erat,aut b/erat:genito autem est necesse, aut actu,aut potentia esse.His autem a/b/neutro modo,quanto igitur quodam & determinato tempo,

re, & erit, & iterum non erit g/ similiter autem & in d. genitum igitur & corruptibile vtrunq; consequuntur igitur seinuicem generabile & corruptibile.

Cō.113. Proponens ostendere ꝙ ingenitū & incorruptibile sequuntur seinuicem, ostendit ipsum per hoc ꝙ genitum & corruptibile sequuntur se, quāuis enim quæcūq; ipsorum consequētia sumpta fuerit, & alia sequetur, tamen prōptior uidetur geniti & corruptibilis consequentia propter mediationem semper entis, & semper non entis. ostenso enim ꝙ negationes semper entis, & semper non entis, de eodem uerificantur, scilicet de amborum medio & ꝙ hoc est quod quandoq; esse potest, quandoq; autem non esse, quod quidem est genitum & corruptibile conclusit quòd se sequunt inuicem genitū & corruptibile, si in eodē medio uno existente, ambo existunt. Huius igitur demonstrationis & nūc nobis rememorās, ꝙ genitum & corruptibile sequātur seinuicem, palàm esse/ait/ex prioribus, quod & nunc resumens/ait/ꝙ semper entis & semper non entis est, medium illud cui neutrum consequit, neq; semper ens, neq; semper non ens. Necesse est igitur horum negationes consequi illud, si de omni aut affirmationem, aut negationem uerificari necesse est. Cui autem consequuntur illorum negationes, hoc est genitum & corruptibile. Nam non semper ens, & non semper uon ens, potest & esse & non esse, determinato tempore utrūq;. Quod quidem per illa dixit, nam utriusq; negatio aliquando erit, si non semper, si enim aliquid non est possibile esse semper, neq; non esse semper, in parte utrūq; ipsorum existet. si igitur est aliquid prorsus in natura entium, genitum & corruptibile, & contrariorum negationes de ente aliquo feruntur, hoc est medium, cui esse & non esse in parte coexistit secūdum determinatum tempus. & ostendit ipsum iterū per expositionem elementorū. Accipiens enim iterum {a/quidem} in semper ente {b/autem} in semper non ente {g/autem} quod quidem erat negatio ipsius a/ingeniti, & d/quod erat negatio ipsius b/incorruptibilis, primo quidem g/quod quidē est genitum, est medium semper entis, & semper non entis, ostendit ex eo, ꝙ contrariorū, scilicet semper entis, & semper non entis, non sit tempus determinatum. Hoc enim est subaudiendum ad neutrum terminum, neq; ad prius, neq; ad posterius Neq; enim in priori aliquo tēpore semper ens potest non esse, aut semper non ens potest esse, neq; in posteriori. Geniti autem necesse est aliquod tempus determinatum, & terminum temporis, in quo, aut actu erat uel non erat, aut potentia. Actu siquidem non erat, quando nōdum genitum fuit generabile ens, erat autem actu, genitum iam ens. potentia autem non erat quidem, quando iam est genitum, nam iam ens genitum, potentiam habet ipsius non esse in posteriori tempore: erat autem potentia ante genitum esse. Similiter & incorruptibile cōsideranti possibile est speculari conuersim. Est enim actu ente corrumpi, potentia autem post corrūpi, & non est actu quidem corruptum, potentia adhuc ens. Vniuersaliter autem quandoq; quidem ens quandoq; autem nō ens, in omni tempore alterum quidem horum est actu, alterum autem potentia. Cum dixisset autem de genito ꝙ necesse est esse terminum aliquē temporis in quo est, aut nō est, aut actu, aut potentia, inducit de semper ente, & de semper nō ente, quæ erant a/& b/ꝙ his neutro modo adest terminum habere, huic quidem ipsius esse, huic autem ipsius non esse, neq; actu, neq; potentia. Et quòd quidem actu non adest terminus ipsius esse semper enti, aut ipsius nō esse semper non enti: palàm est. Quòd autem neq; potentia, disces ex posse aliquando & actu existere ipsis, quod potentia habebant: sic igitur {semper quidem ens} erit non ens, & {semper non ens} erit ens, idem secundum idem esset/& non esset, quod est impossibile. Et potest supponi, ꝙ potentia in actum aliquādo perueniens, hoc enim falsum quidem esset, non tamen impossibile, sed si impossibile ad impossibile sequitur, siquidem/ait/idem simul esse & non esse, potentia inerit ipsi qdem semper enti {non eē} ipsi autem semper non enti {esse}. Cum dixisset autem per mediū de his, induxit eam quæ per genitum fit conclusionem, scilicet quanto ergo quodam & determinato tempore erit & iterū non erit. necesse est enim terminum habere temporis genitum, in quo est & in quo non est, aut actu, aut potentia. huic autem sequitur hoc, scilicet quantum quoddam & determinatum tempus ipsum esse & non esse. Nam quod non est infinitum/determinatum est. His autem infert, ꝙ similiter se habent & incorruptibili: ut enim in g/genito, sic & i d/corruptibili, & hoc enim necesse est terminum aliquem temporis habere, & determinatum ipsi tempus esse, & eandem utriusq; differentiam adaptans induxit. genitum ergo & corruptibile utrunq;, siquidem utrique ipsorum adest determinato tempore esse, & non esse. Si autem & genitum corruptibile est, & corruptibile genitum, & eadem est amborum ratio, sequūtur ergo seinuicem genitum & corruptibile, quod quidem propositum erat ostendere, hoc autem & prius ostēderat, ubi ostēdit negatiōes cōtrariorū. scilicet semper entis & semper non entis, de eodem uerificari, non oportet autem existimare ipsum uniuersalr hoc dicere, ꝙ ea de quibus negationes contrariorum uerificantur, sequantur seinuicem, non enim hoc uerum est sic

dictum. Nam pallidum & rubeum sunt media albi & nigri, contrariorum entium, & de utroq; etiã ipsorum uerificantur contrariorum. s. albi & nigri negationes, & tamen nõ se sequũtur inuicem, sed tãquã proprium erat contrariorum horum. s. semper entis, & semper non entis, semper medium esse aliquod ipsorũ, de quo utriusq; negatio uerificetur. Non enim sic se habebat in aliis õtrariis ulr, neq; in imediatis neq; in mediatis, sic & media horum sequi se inuicem, propriũ est ipsorum, etenim quæ media sunt ipsorum sm aliquid participant utroq; ipsorum, quandoq; quidem esse, quãdoq; autem non esse, & determinato tempore utrũq; horum esse & non esse habet. Atq; una ratio ipsorum est & eadem inuicem, solo nomine differentiam habentis, ut Alexan. ait, ex eo quod utrũq; quidem ipsorũ potentiam habet ipsius esse & non esse. ostensum est autem q; omne quod habet potentiã ipsius esse & non esse, determinatam utriusq; ipsorum habet potentiam, neq; enim est possibile ad infinitũ habere potentiam ipsius esse & non esse. Quare & generabitur in parte utrũq; ipsorum & corrumpet. hæc cum dixisset Alexan. attendenti uidebitur fortè nondum de ostensione quòd se consequant inuicem genitum & corruptibile, sufficienter dictum esse; neq; enim eadem est ipsorum diffinitio. Cõmune est enim ipsis contingere, quandoq; quidem esse, quandoq; non esse, non tamen {quandoq;} idem in ambobus, hic quidem enim præcedens tempus, hic autem posterius significat. quare non necessaria exposuit possibile prius non esse, & posterius posse non esse. Adhuc autẽ, ait, & de rubeo uerum est dicere quòd secũdum aliquid utroq; contrariorũ participat, scilicet albo & nigro, sed neq; hæc iam, se sequuntur inuicem. His bene attendens adducit quòd robur argumenti Aristo. dependet ex eo quòd genitum & corruptibile, quanto quodam & determinato tempore ad ambo habent potentiam ipsius esse & non esse. Hoc autem dependet iterum ex eo, q; uerificantur de ipsis negationes contrariorum, scilicet semper entis, & semper non entis. quod enim sic est, ut non semper non sit uel non semper sit, palàm q; ad determinatum aliquod & finitum tempus potentiam essendi habet. Propter hoc enim non est uerum de ipso semper esse. transmutans igitur ex esse ad non ens, corruptibile est, siquidem semper non est, iterum autem non semper ens, uel non semper non ens, sed aliquando, ex hoc necesse est aliquando uenire ad esse, siquidem non semper non ens est. Genitum est ergo quod à non esse transmutatur ad esse. si igitur de eodem ueræ sunt negationes illę, non semper ens, corruptibile significans, & non semper non èns, genitum, hoc quidem est genitum & corruptibile, & sequuntur hæc se inuicem, determinato tempore aliquo utrũq; ipsius esse & non eẽ potentiam habentia. ostensum autem est & prius, q; necesse est genitum, & corruptibile eẽ, sic enim genitum est quoniam ex ente fit quod fit, & transmutatio quædam est generatio potentiam habentis transmutari in hoc, quod genitum est, & transmutatũ igitur in hoc, potentiã habebit, ut iterum in illud transmutetur, ex quo generabatur. Nam & in hoc transmutatio fit saluanti propriam naturam, erat autẽ ipsa susceptiuum contrariorum seorsum. si igitur trãsmutatur iterum genitum corruptibile erit, & sequetur genito corruptibile. iterum autem corruptibile, potentiam habebit, ut sic se habeat, ut se habebat ante corrumpi, & corruptum esse, corrupto igitur id in quod corruptũ est, habebit potentiam transmutationis in contrariũ, à quo & genitũ est. Quare & corruptibili genitũ sequetur. igiẽ ad hoc q; conuertantur genitũ & corruptibile, hæc fides sufficiens est. An ad rõnem negationũ possibile est dicere. s. q; negationes hæ. s. non semp eẽ, & nõ semp non eẽ, nõ solũ genito & corruptibili adaptanẽ, sed & genito, incorruptibili aũt. Nam & hoc nõ semp quidẽ est, quia ex prius nõ esse ad eẽ processit, & sic genitum subsistit. non semper autem non ens est, si incorruptibile ens est, est ens ad infinitum de cętero. ¶ Sed Alexan. quidem cedens ut uidetur huic dubitationi, ad aliam demonstrationem refugit magis quæ ostendit. s. consequi inuicem genitum & corruptibile sequi enim medio existenti, neq; ipsius esse ad infinitum potentiam habere, neq; ipsius non esse, sed ad determinatum. si autem hoc, quod potentia ens est generari determinatum tempus habebit ipsius non esse, quod potest, & ex illo genitum determinato tempore iterum esse posse, & sic fiens, iterum ad esse posse. ut sic fiens iterum, ad esse transmutetur, sic aũt erit, genitum & corruptibile. Fortè autem & dubitationem illam soluere est possibile, dicendo. quòd non semper esse, non uerificatur de genito quidem, incorruptibili autem, si enim incorruptibile ad infinitũ decætero esse habet, quod autem ad infinitum, semper aliquid est, uerum est de ipso dicere {semper esse} q̃uis ex altera parte solum habeat {semper esse}. Et etiam ad secundam ostensionem quòd sequantur se inuicem genitum & corruptibile, determinato tempore habere potentiam essendi, & non essendi utrunq;. ¶ Et ipse Alexan. dubitat bene. inquiret enim aliquis, ait, quomodo dictum est. quanto ergo quodam & determinato tempore erit, & iterum non erit. Videtur enim ipsius esse quidem uniuscuiusq; eorum quæ in generatione determinatum aliquod tempus esse, non adhuc autem ipsius non esse. Nam in simplicibus quidem, ex contrariis & determinatis, in contraria & determinata transmutationem esse, puta ex calidis in frigida,

aut èconuerso,& in aliquibus aliis, ita ut sit ipsis tempus determinatum ignis & aquæ,in quo est & non est utrunq;. In compositis autem, puta plantis & animalibus, ipsius esse quidem tempus determinatum est,ipsius autem non esse,non adhuc. Corruptum enim unũquodq; horum,infinito tempore decætero nõ est,sicut & ante generari,nam & illo infinito existente non erat. nam Socrates corruptus non determinato aliquo tempore potentiam habet ipsius non esse, siquidem non est necesse iterum ipsum generari. Et uniuersaliter fortè/ait/in illis in quibus subta materia ad plura transmutari possibilis est, & non ad unum aliquid, ut in subiecta animalibus & plantis materia uidemus,qualiter est horum determinatum tempus ipsius non esse,unoquodq; subiecto ipsis possibili alias in aliud transmutari,&,secundum hoc nunq̃ iterum redire ad esse? ¶ Hæc cum dubitasset Alexan.inducit quòd ad ostendendum idem genitum simul & corruptibile, quòd quidem est ipsi propositum, sufficiens est determinatum tempus unumquodq; esse, eorum quæ in generatione & corruptione, quis ipsius non esse tempus,non sit determinatum. Si enim ex utraq; parte,est determinatum ipsius esse tempus, non erunt æterna ut & principium habentia & finem, generabilia & corruptibilia cum sint. Sed quomodo Aristo. non fuit contentus quòd sit determinatum tempus eorum quæ in generatione,ad consequi inuicem genitum & corruptibile,sed & ipsius non esse determinatũ tempus apposuit? An/ait/Alexã hoc apposuit non tanq̃ similiter determinatum sit tẽpus essendi & non essendi,sed proprie quidem iam determinatum essendi,non sic autem determinatum non essendi,sed ex eo quod non in infinitum? Nam ad infinitum opponens { determinatum } dixit. Determinatum est enim tempus,inquo est unumquodq;,& interimitur ipsius infinitas. Sic igitur determinatum ipsius non esse tempus,quia non est infinitum. Possibile est autem & sic determinatum dicere ipsius non esse tempus, tanq̃ mensuratum aliquid quantum habens, sicut tempus ipsius esse, nam de simplicibus quidem corporibus manifestum hoc. Determinatum enim tempus uniuscuiusq; est eorum,secundum quod transmutatio in subiecto fit. Siquidẽ ex contrario & determinato, in contrarium & determinatum transmutatio fit,nam media,contraria aliqualiter sunt. In compositis autem/puta plãtis & animalibus,ea quidem ex quibus unumquodq; ipsorum est,simplicia corpora,hæc determinato tempore erunt & non erunt,propter eam quæ in contraria ex parte transmutationem. ipsa autem non sunt prohibita quidem iterum generari secundum speciem. { nõ } enim secũdum numerum idem possibile est in talibus saluari, neq; impossibile ea ex quibus erat aliquid post corruptionem ipsius iterum transmutantia suscipere speciem illam, ut equi elementa post equi corruptionem in crabronum elementa transmutari & suscipere crabronum speciem, iterum hac corrupta aut immediate, aut per alia media transmutari in elementa equi,& suscipere equi speciem. Non tamen ex necessitate erit actu hoc iterum,ut/ait/Alexan.eo quòd possint hęc ex quibus equus fieri alia aliqua, et non iterum equum. æterno autem tempore non esse aliquid talium est impossibile, eo quòd possunt ea ex quibus sunt,transmutari ex necessitate. Fortè autem generatione in infinitum procedente,materiam quidem eandem numero,easdem iterũ species suscipere necessarium est, & corpus quoq; siquidem & ipsum æternum est,& quæ ꝓxime etiam compositis speciebus subiecta quatuor elemẽta nihil mirum,eadem numero manentia,puta ignem hunc & aquam hanc,& si alienam habeant dispositionẽ transmutari in contraria iterum eodem modo disposita & coaptata,& fieri susceptiua earundem specierum animalis aut plantę. Quare uerum est & in compositis dicere,non solum ipsius esse tempus determinatum esse, sed & ipsius non esse. si elementa quidem & numero eadem, composita autem specie redeuntia uideantur.

Sit itaq; in quo est e/ingenitum,quod autem z/genitum,quod autem in quo i/incorruptibile,quod autem in quo t/corruptibile. itaq; z/t/ostensum est ꝙ consequuntur se inuicem. Quando itaq; sic posita fuerint vt hæc,puta z/& t/consequentia. e/& z/nulli eidem,omni autem alterũ, similiter autem & i/t/necesse est & i/e/consequi se inuicem. Sit enim ei quod est i/e/non consequens, igitur z/consequetur. omni enim e/aut z/insunt sed cui z/& t. Ei igitur quod i/t/consequetur, sed supponebatur impossibile esse. eadem autem est ratio & quod est i/ei quod est e. Sed sic se habeat igenitum in quo e/ad genitum,in quo est z/& incorruptibile in quo i/ad corruptibile in quo t.

Cõ.114. Proponens ostendere rursus quòd & ingenitum æternum sit & incorruptibile æternum,non aliter/ait/hoc ostendi quàm si consequentia inuicem ostendantur,ingenitum & incorruptibile. Hoc autem ostendi si ostensum fuerit,quòd genitum & corruptibile sequuntur seinuicem,& ostendit hoc, per uniuersale exemplum tale. Si duo termini sumantur sic se habentes ad inuicem, ut contradicto

rize

rie inuicem opposita, ut ambos quidem impossibile sit inesse eidem, omni autem accepto, ex necessitate alterum existere, ut se habet genitum & ingenitum. Quáuis enim non contradictorie opponantur hæc, quia & ingenitum affirmationem significat, tamen sic se habent, ut ambo quidem nulli existant, impossibile est enim idem genitum & ingenitum esse, omni autem accepto necesse alterum inesse, aut enim genitum, aut ingenitum necesse est esse omne ens. Sumantur autem & alii duo termini similiter illis se habentes, corruptibile & incorruptibile. Etenim & hæc nulli ambo simul insunt, omni autem alterum, posterius autem sumptorum alter consequitur alteri priorum, & reliquus sequetur reliquo, ostendit autem hoc sic se habens & in secundo priorum analyticorũ. ostendit autem ipsum per deductionem ad impossibile & nunc in elementis, quia uniuersalis sic fit ostensio. Et ponit e/quidem ingenitum, z/autem genitum: & i/quidem incorruptibile, t/autẽ corruptibile. Quoniam igitur ostensa sunt, consequentia inuicem genitum & corruptibile, hoc est z/& t: dico quod se sequuntur inuicem & reliqua, & eidem inerunt, & e/& i. Idem autem est dicere ingenitum & incorruptibile. si enim non sequatur ipsi i/quod e. hoc est, incorruptibili ingenitum, necesse est z/seq ipsi i. omni enim aut e/aut z/necesse est inesse. Consequetur ergo incorruptibili genitum sed z/& t. idẽ autem est dicere, genitum & corruptibile, ostensa sunt, consequi inuicem. Quare ipsi i/hoc est incorruptibili t/hoc est corruptibile sequetur, quod est impossibile. Supponebantur enim sic se habere adinuicem i/& t, ut nulli ambo insint. At uero & corruptibile & incorruptibile sic se habent adinuicẽ. Impossibile est enim idem simul corruptibile & incorruptibile esse. Si igitur supponentibus nobis non sequi e/ipsi t, hoc est ingenitum corruptibili, impossibile aliquid euenit. idem corruptibile simul & incorruptibile esse: palàm quòd impossibile est, id quod suppositũ fuit. Consequitur igitur ipsi i/(e/hoc est incorruptibili ingenitum.) propter eandem autem necessitatem, & i/ipsi e/consequetur, hoc est incoruptibile ingenito. Si enim non hoc sequetur t/hoc est corruptibile, necesse est enim alterũ, ipsi autem t/ostensum est z/consequens, hoc est corruptibili genitum, & e/ergo ipsi z/consequetur, & erit idem genitum & ingenitum. quod est impossibile. sequitur ergo & ingenito incorruptibile. quare & utriq; ipsorum æternum. nam ingenitum simul & incorruptibile ens, æternum est, neq; principium habens ipsius esse siquidem ingenitum, neq; finem, siquidem incorruptibile. Si igitur genitum & corruptibile in parte temporis esse habentia non sunt æterna, neq; genitum aliquid incorruptibile esse potest, neq; ingenitum corruptibile, ne sit idem æternum, & non æternum, & sic per medium æternum tantã ostensionem ꝓduxit huius, ꝙ neq; ingenitum aliqd incorruptibile sit, neq; genitum incorruptibile. Quod autẽ de cœlo prius ostendit, ingenitum ipm & incorruptibile ex nullum habere cõtrarium: nunc uniuersalr ꝓposuit intendere tanq̃ uniuersali demõstratione; cœlo etiã conueniente ꝙ neq; ingenitum aliquid corruptibile sit, neq; genitum incorruptibile.

Dicere autem nihil prohibere, factum aliquid incorruptibile esse & ingenitum corrumpi posse, semel existente: huic quidem generatione, huic autem corruptione, perimere est datorum aliquid. Aut enim infinito, aut quanto quodam determinato determinato tempore, possunt omnia, aut facere, aut pati, aut esse, aut non esse: & infinito propter hoc, quia determinatum est qualiter infinitum, tempus est cuius non est plus. quod autem aliquo modo infinitum, neq; finitum, neq; determinatũ esse possibile.

Ostenso ꝙ se sequãtur iuicem genitum & corruptibile, & iterum ingenitũ & incorruptibile, & ꝙ Cõ. 125. incorruptibile, æternũ ens, non põt genitum eẽ, & ingenitũ rursus æternũ ens, siqdem & incorruptibile, non põt corruptibile eẽ, obuiat iam ad putãtes, nihil ꝓhibere genitũ aliqd simul & icorruptibile idem dicere, ut Plato sm apparens & genitũ dicens planè à ꝯditore mundũ, & nũquã solutum iri. Nam bene aptatum/ait/& bene hñs soluere uelle, praui est: aut ingenitũ simul & corruptibile. Quod nullus qdem uidet dicere, sed Aristo. sm cõitatem sermonis, & hanc redargutionibus subiecit hypothesim. Alexan. aũt & hanc ex syllo imponit Platoni. Nam dicẽti/ait/genitum icorruptibile & ingenitum corruptibile seqtur dicere. Et primo infert dicentibus hoc perimere aliqd datorum. Nam ꝙ sit incõueniẽs datũ iterimere/palã est. Quid aũt hoc sit, qđ datũ & ofisum interimũt, q hoc dicũt, Alexã. ait. s. sequi iuicẽ genitũ & corruptibile, & icorruptibile & igenitũ. Hęc. n. iam oñsa pimunt à dicẽtibus genitũ icorruptibile, aut igenitũ corruptibile. Suspicat aũt & ipsos, in ꝯsequentibus alia q̃dam pempta dicere Arist. & /ait/aut. n. infinito, aut quãto quodã determinato tẽpore possunt oia facere aut pati Et frustra cãlem ꝯiunctionẽ/enim/Alexã. aufert, planè copulantẽ datum, qđ perimit à sic dicentibus. Si enim datũ est & cõcessum, de his q̃ in tpe agunt, aut patiũtur supra tẽpus, essent extra rõnem. Quod aut ifinito tẽpore faciunt aut patiunt, aut finito, in determinato enim quãtocũq; tẽpore, opor

tet agere,aut pati,aut eẽ,aut nõ esse. Determinatũ autẽ tps est principalr qdem quod principiũ habet & finẽ. Iam autẽ & infinitũ determinatatũ est itelligẽtia,& eo ꝙ semp. Vt autẽ/ait/Alexã.& eo ꝙ nihil sit extra ipm.nõ oportet aũt infinitũ actu ens infinitũ accipere,sed id qđ ad ifinitum. Nam actu ifinitum tẽpus nõ est,sed sm ꝓcedere ad infinitũ ꝯsiderať. Hoc igiť dixit infinitũ Aristo.cuius nõ est amplius,nam i infinitũ ꝓcedẽtis tẽporis,nõ est aliud amplius, qm̃ sm actum ifinitum nõ est,neq ꝓius tale infinitũ,ut in tertio de naturali auditu ostensum est Procedentis autẽ ad ifinitũ,& si semp sit aliqd extra id qđ accipiť,tñ & hoc est pars ipsius,& totius huius nihil est extra, sit ut neq aliqd est amplius ipso. Et istud est ifinitum tps,quod ad infinitũ,determinatũ est & ipm per ideficientiã,& p non esse amplius ipso. Quod aũt aliquo mõ est infinitũ,q̃le est genitũ qdem,incorruptibile aũt,aut igenitum qdem,corruptibile aũt nullatenus determinatũ est,neq ut principiũ & finẽ habẽs,ut finitũ,neq tanq̃ ipsius amplius nõ esse,ut infinitũ, utroq enim est extra & amplius tẽpus, non tñ ex utraq pte, sed geniti quidẽ & incorruptibilis ante eẽ, ingeniti aũt & corruptibilis post eẽ. Simul autẽ/ait/Alexã. & instantiã quãdam soluit possibilẽ ferri ad eam,quã facere possemus geniti & corruptibilis ꝯsequẽtiam. Si enim qa determinatũ est amborũ tẽpus ipsius eẽ & nõ esse, ꝓpter hoc inuicẽ à se sequũtur,si geniti qdem & icorruptibilis eẽ qdem determinatũ est scđm principiũ non tñ & sm finẽ, ingeniti aũt & corruptibilis ẽcõuerso,necesse est determinatũ tẽpus habẽtia sequi seinuicẽ. Hanc igiť/ait/soluit instantiã,p hoc qdem ꝙ oportet faciẽs aut patiẽs,& ens aut nõ ens, in tẽpore determinato hoc habere. qđ aũt aliquo mõ infinitũ nullatenus determinatũ est,neq ut utriq finitũ,neq ut indeficiens.

Adhuc qđ magis in hoc signo, semper ens prius,corruptũ est : aut non ens infinito factum est, si enim nihil magis,infinita autem signa,palã'm ꝙ infinito tempore erat aliquid generabile & corruptibile. Potest igitur non esse infinito tempore. Simul enim habebit virtutem non esse & esse, hoc quidem prius, si corruptibile, hoc autem posterius, si generabile. Itaq si existere ponamus quae possunt, opposita simul existent.

Cõ.126. Ostenso ꝙ dicẽs genitũ aliqd incorruptibile,aut genitũ corruptibile perimit aliqd positorũ,& datorum.s.q̃ in tẽpore agũt & patiunť,uel in ifinito tpe,aut finito,agere aut pati,aut eẽ, aut nõ esse. Nã genitum qdem,icorruptibile autẽ,neq in ifinito tẽpore eẽ habet,aut nõ esse,neq ifinito. Hoc igitur cum ostendisset,& p aliud ostdit argumentũ, ꝙ qui sic dicũt perimũt aliquid cõfessorũ.s.impoſſe eẽ, idem simul esse & nõ esse.nam cõfessum est qdem ꝙ impoſſe est hoc,accidit aũt ipsis.impoſſe siqdem ingenitum aliqd supponẽtes,hoc est semp ens,post corruptũ ipm eẽ aliquãdo dicũt. Infinitis aũt nũc existentibus,in tpe finito,in quo prius est igenitũ,aut in oĩbus nũc,simiľr potẽtiã habet corruptionis aut in aliquo determinato. Sed hoc euidẽter est incõueniens. quid.n.erit,q̃re magis in hoc nunc q̃ in hoc corruptibile sit, quod infinito ante hoc tempore substitit? Propter quod & Aristo. cum hoc insinuasset per hoc,quid magis in hoc signo semper ens prius corruptum est, ad alterum membrum transiuit.s.in omnibus nunc, similiter habere potentiam corruptionis. siquidem neq magis in hoc, quã in hoc. Infinitis aũt nunc existentibus in infinito tẽpore, qđ erat ante hoc, erat ingenitũ potentiã habẽs ut corrũperetur,& erat,ingenitum qdem,corruptibile aũt. Quare si existere ponamus q̃ possunt,ingenitũ,erit non ens.simul ergo ens & nõ ens erit,qđ est impoſſe. Siľr aũt & genitum,nõ ens ifinito ante hoc tpe,nõ magis in hoc q̃ in hoc nũc potẽtiã habuit ut generareť. Sed in oĩ siľr. Si igiť huic etiã nõ enti sm actũ,potẽtiã aũt hñti ut eẽt,existere ponamus quod põt,erit simul nõ ens idẽ & ens. Qđ qdem siľr est impoſſe.si igiť supponať qdem existere qđ põt,falsum est:nõ tñ ipoſſe.hoc aũt,simul esse idẽ & nõ eẽ,aut nõ eẽ & eẽ,nõ solũ falsum est,sed & ipoſſe:palã ꝙ non ad supponi existere qđ põt, qđ est falsum & nõ ipoſſe,cõsecutũ est ipoſſe,sed ad hr̃e potẽtiã oppositi infinito ante hoc tpe hoc igiť impoſſe est. Impoſſe est igiť eẽ aliqd genitũ icorruptibile,aut igenitũ corruptibile, siqdẽ necesse est potẽtiã oppositi haec hr̃e,ifinito ante hoc tpe. Ista qdẽ est intẽtio totius rõnis. ¶ In lra aũt { aut nõ ens ifinito factũ est } defectiue Alexã.ait/dictũ eẽ,eẽ.n.cõpletũ sic { aut nõ ens ifinito tpe factũ est. } Fortè autẽ { ifinito } p in ifinitũ aduerbiaľr dictũ,in nullo defectiuũ est. Signa aũt uocat,in qbus corruptũ est, aut genitũ est,qa corrũpi qdẽ & generari,in tpe,sed eẽ genitũ & corruptũ,sine tpe,& in nũc,ut in naturali auditu ostẽsum est. Breuiter aũt cũ posuisset Aristo.argumẽtũ,& ubiq duo ꝓposuisset.s.ingenitũ qdem,corruptibile autẽ,& genitũ qdẽ,incorruptibile autẽ obscuritatẽ fecit in hoc { põt igitur nõ esse infinito tempore } non apponendo { esse } quod in genito quidem,incorruptibili autem.uerũ existens ut manifestum ipsum,& ab altero cointellectum,propter breuitatem praetermisit.

Adhuc autem & hoc similiter in omni signo existet.quare infinito tempore,eius quod est non esse

& esse, habebit virtutem, sed ostensum est, ꝙ impossibile est hoc.

Alexãder planius eẽt/ait/dictũ sic, si loco adhuc legeret {silr.n. in oĩ tpe existet}. Nõ.n. nũc/ait/ostẽ Cõ.127. dit hoc, sed tãq̃ ꝯñs ostẽsis accipit. Fortè aũt nõ tãq̃ ꝯñs dictis, dictũ est, sed aliud aliqd adhuc magis icõueniẽs ꝯcludit. s. nõ simul eẽ & nõ eẽ, in aliq̃ pte tpis solũ, sed ẽt in ĩfinito tpe hoc accidere. in oĩ enĩ infiniti tpis nũc, potẽtiã habet ipsius eẽ & nõ eẽ, huius qdẽ cũ potẽtia & actũ habẽs, huius aũt solã potentiã, neq̃.n. magis in hoc nũc, q̃ in hoc. Si igiẽ supponaẽ existere ipsi, qđ põt, in ĩfinito tpe simul habebit eẽ & nõ esse. Aristoteles aũt cõtẽtus fuit hoc. s. ĩfinito tpe potẽtiã hr̃e ipsius eẽ & nõ eẽ. Ad hoc enim sequitur, ſm actũ esse & nõ esse, in infinto tẽpore, si qđ põt supponamus existere ipsi.

Adhuc si prius virtus existit actus omni existet tempore, & ens ingenerabile, aut etiam non ens infinito tempore, fieri autem possibile. Simul autem non erat, & eius quod est esse virtutem habebat, & tunc quoq; esse & posterius infinito tempore.

Et per hoc argumẽtũ idẽ ostẽdit, ꝙ si genitũ aliqd ĩcorruptibile supponaẽ, necesse est ipm infinito Cõ.128. tpe potẽtiã hr̃e ipsius eẽ & nõ eẽ. Adhuc aũt sequiẽ ĩfinito tpe sil' eẽ & nõ eẽ, qđ tãquã planũ ꝑtermisit, ostẽdit aũt ꝙ ĩfinito tpe potẽtiã habet ipsius eẽ & nõ eẽ, sumẽs tãq̃ manifestũ ꝙ in qbus est, potentia, & actu in eodẽ, puta eẽ & nõ eẽ, in his semp id qđ est potẽtia, ꝑcedit id qđ est actu, & talis potentia actũ. Potẽtia hoc.n. dicimus, qđ põt ad actũ deduci, hoc igiẽ genitũ & ante generari, ĩfinito illo tẽpore, quo adhuc ingenitũ erat, & tale erat, ut sigñatum habeat ipsius eẽ & exhibeat potẽtiã ut genereẽ quã habebat. Habet aũt & tũ genitũ, nã genitũ põt eẽ & genitũ eẽ, sed nõ tũc ꝑexistit potentia actũ, habebat igiẽ ipsius eẽ potẽtiã & in omni ĩfinito ante generari tpe, in quo nõdũ erat. Simul.n. nõ erat, & ipsius eẽ potẽtiã habebat, & ipsius generari, adhuc ĩgenitũ ens, existet aũt potẽtia, & genito, & nõ adhuc ingenito extiti. Qđ qdẽ breuiter exposuit Aristo. p hoc {oĩ existet tpe} & quo ĩgenitũ erat & nõ erat, p hoc & quo nõ adhuc ĩgenitũ sed genitũ tũ, & sic habet potẽtiã ut ĩfinito tpe ens possibile, siqdẽ & ens põt eẽ. Et simul cũ nõ eẽ potẽtiã hr̃e, nõ solum ipsius nõ eẽ, sed & ipsius eẽ, & eius qđ prius, & eius qđ posterius, & simplr̃ ipsius semp eẽ. Nã in ĩfinitũ nõ enti, q̃ põt eẽ ei, ut tũc qdẽ genereẽ? Et sic quãdo dr̃, nõ aũt prius aut posterius, ĩfinito ergo tpe, potẽtiã habet ipsius eẽ & nõ eẽ, ad qđ seq̃tur si in actũ ducaẽ, ꝙ põt ĩfinito tpe & eẽ & nõ eẽ. Qđ aũt ad ĩfinitũ tp̃s potẽtiã habet eẽndi, hoc etiã idem infinito ante hoc tpe nõ ens erat, siqdẽ nulla necessitas est ꝙ genereẽ in hoc tpe, & nõ prius aut posterius. Et hãc qdẽ/ait/Alexã. ĩgenito cõclusionẽ ĩduxit, ꝯsiter aũt ĩcorruptibili coordinabiẽ. Fortè aũt & ipse uideẽ cointellexisse, ꝙ hæc qdẽ ostẽsio in ambobus cõgruit, seq̃ẽs aũt argumẽtũ, ad aliud aliqd respicit. ut enim incorruptibile, genitũ aũt, & ante generari nõ ens, habebat potẽtiam ad ĩfinitum tp̃s ipsius eẽ, sic ingenitum quidem, corruptibile autem simul ens, potẽtiã habet ipsius non esse.

Manifestum est autem & aliter, ꝙ impossibile est corruptibile ens, non corruptum esse quandoq;. Semper enim erit simul & corruptibile & incorruptibile entelechia. Quare simul erit possibile, & semper esse, & non semper esse. Corrumpitur igitur quandoq; corruptibile, & si generabile, factum est, possibile est enim factum esse, & non semper quidem esse.

Platone dicẽte in Timæo, hoc qdẽ oẽ solubile, bene aũt aptatum & bene se hñs, soluere uelle praui Cõ. 129. est, & iterũ, ut à ꝯditore ad cœlestes deos, ĩmortales qdẽ nõ estis penitus, nõ tñ soluemini, neq; sortiemini mortis partẽ, ſm apparẽs uideẽ dici ꝙ solubilis & mortalis existẽs mũdus sua natura & corruptibilis, nõ tamẽ corrũpeẽ. Ad talẽ igiẽ apparẽtiã sermonis ꝯtradicẽs Arist. manifestũ/ait/ꝙ ĩpossibile est corruptibile aliqd ens sui natura, nõ corrũpi aliqñ. Si.n. hoc, simul & semp erit corruptibile & incorruptibile, hoc est ęternũ erit idẽ & corruptibile, & ambo entelechia, hoc est, ſm actũ ambo, & non potẽtia solũ corruptibile, sed ut ęternũ sit & corruptũ, qđ euidẽter est ĩcõueniẽs. Corruptibile qdẽ eẽ qđ æternũ, sic ut aptũ natũ sit dissolui, & si ĩcõueniens, qa oportet aptũ natũ, in actũ deduci aliqñ, sed euidẽtius ĩcõueniẽs est, qñ actu ambo cõsideranẽ. Nã potẽtiã qdẽ hr̃e oppositorũ idẽ, possibile est qñ quidẽ ęternalr̃ habet, sil' aũt actus hr̃e, ĩpoẽ. Merito igiẽ {entelechia} apposuit. Alex. aũt supsilire magis uult lr̃am sic. {Semp aũt erit entelechia, sil' aũt & corruptibile} & magis/ait/à lr̃a uideẽ hoc ĩsinuari. Si.n. erit semp actu ens corruptibile, ipsius qdẽ semp eẽ potẽtiã habebit, qa & est semp, ipsius autẽ nõ semp eẽ, necesse est silr̃ potẽtiã hr̃e, qa corruptibile supponiẽ. Nã corruptibile est qđ potẽtiã habet ipsius nõ semp eẽ, uel ipsius aliqñ nõ eẽ. Sic igiẽ erit qñq; potẽtiã hñs ut sil' sit & nõ sit. Fortè aũt euidẽtius est hoc, {erit.n. ęternũ sil' & corruptibile actu} ad qđ sequiẽ hoc. s. sil' & semp eẽ, & semp non

eẽ, qđ eſt ɔtradictionẽ ſil' uerificari. ipſe aũt ſolũ { poſſibile } poſuit, tãq̃ cõueniẽte in eo qđ eſt i actu ei, qđ eſt in potẽtia, nã qđ eſt in actu ẽt põt. Scribit aũt/ait/Alex. & ſic { ſemper. n. erit & ſil' icorruptibile actu }. Et erit utiq̃/ait/itell'us eius qđ dicit talis. Si corruptibile aliqđ ens nũq̃ corrũpat actu, ſemper erit, hoc eſt ęternũ erit, & icorruptibile, ſi aũt hoc, qa ſemp habet eẽ ſm actũ, & ipſius eẽ ſemp potẽtiã habebit utiq̃, p corruptibile aũt eẽ, nõ ſemp eẽ, poſe eſt: tale. n. eſt qđ corruptibile, ſil' ergo idẽ & ſemper eſſe poſſibile erit, & ſemper non eſſe, quodquidem eſt impoſſibile. Et ſic ad hanc ſcripturam/ait/ relinquitur nobis apponere hoc { & incorruptibile eſſe } ut ſit totum { ſemper enim erit ſimul & incorruptibile & corruptibile actu. } Et inueni ego ſcripturam ſic ſe habentem, oſtenſo autem, q̃ impoſſibile eſt corruptibile natura ſua, incorruptibile eſſe, induxit { corrumpitur ergo aliquando, corruptibile. } Quare (ait Alexan.) & mũdus ſm quos ſua natura corruptibilis eſt, genitus exiſtens non ęternus erit, ſed corruptibilis erit. Qđ aũt ad apparẽs ſermonis ipſius Platonis, & nõ ad intellectũ, obuiauerit Ariſto. palã eſt ut prius dixi. Siqdẽ nõ ex tpe aliquo genitũ dicit mũdũ Plato, q & tp̃s cũ cœlo genitũ eẽ/ait. qđ aũt eſt ex tpe aliquo genitũ, habet tp̃s p̃exiſtẽs ante ſui generationẽ, ſed ſic genitũ eſſe mũdũ/ait/ut ſenſibilẽ & corporeũ, & à uero ente defectũ, i generari aũt eẽ hñtem. Solubile aũt, & nõ penitus imortale, ſ; genitũ ſua natura dicit, ſic ut & Ari. finitũ corpus ſua natura, finitã hr̃e uirtutẽ oſtẽdit. Ambo aũt Plato. ſ. & Ariſt. pp eã quã habet à deo ꝓximã ꝓductionẽ icorruptibilẽ & imortalẽ oſtẽderũt mũdũ. Hic qdẽ dicẽs, tãq̃ à ɔditore, nõ tñ ſoluemini neq; ſortiemini ptẽ mortis, meã uolũtatẽ melius ac nobilius uiculũ ſortiti, q̃ ea, q̃bus colligati fuiſtis qñ facti eſtis. Ariſto. aũt q̃ imobilis cã, æternũ mouet motũ, & pp hoc id qđ ꝓxime ab ipſo mouet, q̃uis ſua natura ueluti finitũ exñs, finitã habet uirtutẽ, tñ ſemp mouet, qa à ſemp mouẽte mouet. Cõcludẽs aũt q̃ corruptibile, corrũpi aliquãdo eſt neceſſe, iduxit { & ſi generabile factũ ẽ } nõ tãq̃ dicẽte aliquo, generabilẽ qdẽ mũdũ, nũq̃ aũt fore. Niſi fortè/ait/Alexander qui corruptibilem non in fieri corruptionis dicunt, iſti generabilem, non autem futurum aiunt. Nam in quid trãſmutabitur ſi corruptibilis eſt? Generabile eſt quidem, nunquam autem, futurum, ſiquidem nõ corrumpitur id quod in ipſum tranſmutari debebat, ſed oſtenſo q̃ non ſit poſſibile corruptibile non corrumpi aliquando, tanquã conſequens ad hoc induxit, q̃ & igenerabile generari oportet, ſili exñte ɔñtia. Põt aũt ꝓductũ eẽ ad pſuaſionẽ huius, q̃ corruptibile corrũpat in poſterũ, ſicut. n. generabile aliqđ dicẽs, generãdũ aliqñ ip̃m dicit, ſic & q corruptibile aliqđ dicit, corrũpẽdũ ip̃m ɔfitebit. Et ſm hũc/ait/Alex. itellectũ, iduxit hoc. ſ. { & non ſemp eẽ. } Nã corruptibili hoc adaptat. ſ. nõ eẽ ſemp, põt aũt & genito ɔuenire, nã & hoc, ſi prius non ens, poſterius eſt, uerũ eſt dicere q̃ nõ ſemp eſt, & dictũ eſt ẽt prius, q̃ & igenito & icorruptibili, negatiões ambę ɔueniũt, & nõ ſemp ens, & nõ ſemp nõ ens, ex q̃bus & ɔuertẽtia adiuicẽ oſtẽſa ſunt genitũ & corruptibile, tãq̃ determinata, ſm unam naturam mediam, ſemper entis & ſemper non entis.

Eſt autem & ſic videre, q̃ impoſſibile eſt aut quod factum eſt quandoq;, incorruptibile perſeuerare, aut ingenerabile & ſemper prius: corrũpi. Neq; enim à caſu, poteſt incorruptibile, aut ingenerabile eſſe. Quod enim caſuale eſt, aut à fortuna præter ſemper, aut frequenter, aut eſt, aut fit. Quod autem eſt infinito tempore, aut ſimpliciter, aut quadam ex parte: aut ſemper, aut vt frequenter exiſtit ens. Neceſſe eſt igitur natura talia, quandoq; quidem eſſe, quandoq; autem nõ. Talium autem eſt eadem potentia cõtradictiõis, & materia cauſa eſſendi et nõ eſſendi. Itaq; neceſſe eſt ſimul exiſtere actu oppoſita.

Cõ. 130. Cum dixiſſet aduerſus eos qui uidebãtur dicere, corruptibilẽ qdem ſui natura mũdũ, nõ corrũpi autem, & ſm ſilitudinẽ rationis, generabilẽ qdem, nõ generari autẽ: iterũ ad eãdem acceptionẽ redit, oſtendẽs q̃ impoſe eſt, aut genitũ aliquãdo icorruptibile pſeuerare. aut ingenitũ ens, & ſm ſemp pus ſubſiſtens corrũpi. oñſio aũt aliq̃liter qdẽ eſt ſimilis prius dictę, aliq̃liter aũt differẽs, habet aũt ſic, igenitum & icorruptibile, aut natura talia ſunt, aut à caſu, aut à fortuna. Et eſt neceſſaria diuiſio in his quę indigẽt cã ad eẽ. Talia aũt & qđ fit, & quod corrũpit. ſed qđ fit à fortuna & à caſu, ut in paucioribus ſemp eſt, & nõ ſemp neq; ut multũ. Quod aũt eſt igenitũ, & icorruptibile, ifinito tpe ſunt, ſiqdẽ coexiſtit, utriſq; tp̃s ex utraq; pte infinitũ, ut neq; principiũ habeat, neq; finem, ſed ſimpl'r ſit infinitũ, Si autẽ ingenitũ, corruptibile ſupponat, corruptibile aũt genitũ, ex altera qdem pte ifinitũ tp̃s habet, ex altera uero ab aliquo, & palã, q̃ ex utraq; pte ad infinitũ entia, aut ſemp ſunt, aut ſemp nõ ſunt, q̃ autẽ ex altera pte, ad plus. Si igit talia qdem aut ſemp, aut plus ſunt, aut nõ ſunt, q̃ aũt à caſu & à fortuna, neq; ſemp, neq; ad plus, ɔcludit in ſcđa figura q̃ genitũ qdem, ſed icorruptibile, aut igenitũ quidem, ſed corruptibile, neq; à fortuna, neq; à caſu, neceſſe eſt ergo natura talia eſſe entia, ut q̃ñq; qdem ſint

sint,quãdoq; aũt nõ sint,ad alterã partẽ {semper} hñria ipsius esse & nõ eẽ. Natura aũt eadẽ manẽte, & potentia eadẽ manet,& subiũ idem manet,eadẽ potẽtiã hñs,& nõ pdẽs ipsam in trãsmutationibus ad contraria,siquidẽ ęterna est materia. Natura igiť & materia eadẽ existẽ,necesse est,& eandẽ potentiam semp esse. Non eni ante ignẽ fieri,aut aliud aliorũ elẽtorũ,materia potẽtiã habuit, ut generaret hæc,genita aũt pdidit potẽtias has,sed manet easdẽ potẽtias hñs. eadẽ eni materia,& ipsius eẽ hoc aliquid,& ipsius nõ esse idẽ,potẽtiã habet. Hoc eni ipsi materiæ eẽ est,& est icorruptibilis,inqt enim materia corrũpeť:genitũ igiť siqdẽ ante generari potẽtiã habet,ut nõ sit hoc,qd generabiť,& post generari manet eandem potentiam habẽs. si igitur genitus & incorruptibilis mũdus supponatur,& post generari potentiam habet,ut non sit. Erat enim aliquando,quando non erat, si igitur incorruptibilis suppositus,æternus decætero erit secũdum actum potentiam habens ut nõ sit. si supponamus qđ potest, simul erit & non erit actu,quare opposita eidem actu existent. quod quidem impossibile ens ad impoſle secutũ est,nõ ad hoc quod supponiť,ꝙ põt. hoc enim nõ impoſle,sed necessariũ.s.erit, nam existente i ipso potẽtia,in actũ deduceť aliquãdo,sed ad supponi æternũ,simul & potẽtiã habere, ut quandoq; non sit:similiter autẽ & corruptũ potentiã habet ut iterum generetur,quod quidem erat prius,siquidem æternum est id quod subiicitur,& potentias semper habet ipsius esse & non esse corporum unumquodq;.

At vero neq; verum est dicere nunc quia est annus prior,neq; annus prior,quia nũc est. Impossibile est ergo non ens aliquando,posterius sempiternum esse. Habebit enim posterius & non essendi virtutem. Verumtamen non aliquam non essendi,existit enim actu ens,sed in anno priore & in preterito tempore. Sit itaq; cuius habet virtutem existens actu,erit igitur verum dicere nunc,quia non est annus prior, sed impossibile est. Nulla enim virtus est eius quod est factum esse, sed eius quod esse, aut futurum esse.

Ostenso ꝙ dicenti genitũ aliquid incorruptibile esse, cõsequitur potentiã habere idem,huius.s.ꝙ opposita simul existant ipsi,instãtiam cõsequenter soluit possibilẽ ferri ad rõnem talem. Genitũ quidem, incorruptibile autem ipsius quidem non esse potentiã in preteritũ habet, siquidem prius non ens,posterius est. ipsius autẽ esse in futurũ,siquidẽ incorruptibile supponiť. Non ergo simul habebit potentiam ipsius esse & non esse. q̃re neq; actu simul habebit opposita. Hãc autẽ instãtiã soluẽs,ait ꝙ omnis potentia,aut ad presens tẽpus est,aut ad futurũ. Nam ꝓprie possibilia dicimus,q̃ nõdũ quidem existunt,possunt autem fieri,in his dr̃ia ab existibus, eo ꝙ futura sint,& nondũ sint. Si igitur in nullo uerum est dicere nũc,ꝙ est anno elapso,aut nõ anno elapso,nã utroq; modo scribiť. non eni uerum est nũc dicere,ꝙ est tẽpus anni prioris,neq; aliqd eorum q̃ in tẽpore anni prioris fuerũt,nũc esse sed neq; anno elapso uerũ erat dicere ꝙ nunc pars tẽporis est, qđ post annũ factum est. non enim licet trãsuertere tẽpus. Si igitur hoc est uerũ,impossibile est non ens aliquãdo, posterius æternũ esse. Hoc enim est genitũ incorruptibile decætero perseuerare, qm̃ enim prius nõ ens posterius est, habebit & genitum ipsius nõ esse potentiã,non ipsius tunc non esse,quãdo iam genitũ est. Existit eni actu tunc ens,necesse est igitur ipsius ad annũ pręteritũ,& in ꝑterito tpe quod tale est habere potentiã. Et est quidem & hoc incõueniens,siquidẽ nulla potentia est,ipsius genitũ non esse,sed ipsius esse aut fore. Ipse autem ad euidentius deducẽs, esto(ait)cuius habet potentiã exñs ipsi actu. erit ergo uerũ dicere nũc, de nũe potentiã habente,ut nõ sit,nõ solum qa anno trãsacto potentiã habet,ut non sit,sed & qa non est anno ꝑterito. Quod adhuc est magis incõueniens,nũc ipm̃ existere in quo nõ est anno elapso. erit enim nunc qđ annus ꝑteritus. Nunc enim suppniť habere potentiã ipsius nõ esse anno elapso. Vide igitur ꝙ ꝯsequẽtior scriptura est q̃ dicit {non est supiore anno.} Nã & hoc cõclusit dicens,erit eni uerum dicere nũc ꝙ non est anno ꝑterito,& etiã eo qđ est anno elapso, utetur ꝯsequẽter ingenito qđ sed corruptibili. Merito autem dixit ꝙ nulla potentia est ipsius genitum esse. nam præteritum omne necessarium est & neq; possibile neq; contingens dicitur.

Similiter autem & si prius ens sempiternum, posterius non erit. Habebit enim virtutem cuius actus non est. Quare si ponamus possibile, verum erit dicere nunc, quia est annus prior, & vniuersaliter in præterito tempore.

Ostenso ꝙ dicẽti genitum incorruptibile,cõsequitur potentiã ipsius non esse habere ad ꝑteritum, Cõ.132.
cõsequenter ostendit,ꝙ & dicenti ingenitũ corruptibile, cõsequiť potentiã habere ipsius esse ad prae

teritum,quod quidẽ & ipm similiter est impoſe.Nã ingenitũ ęternũ ens,si corrũpat,habebit potentiã eius in quo erat ante corrũpi,erat autẽ hoc ipsius esse.Nã subiectũ non ad ambo opposita potentiã habens,sed ipsius esse potentiã,neq; ad pſens potest habere, qđ corruptũ est,neq; ad futurũ,semp enim erit corruptũ.Habebit ergo potentiã ad pteritum illius,qđ neq; est,neq; fieri potest actu,siquidẽ semper corruptũ erit,qm̃ aũt omnino supponit potentiã habere,si ponamus possibile, ut uere possibile, uerum erit dicere nũc,q hoc est anno elapso & totaliter in pterito tẽpore, siquidẽ potentiã habet ipsius tũc esse.Si igitur impoſe est hoc, aut nõ habebit potentiã eius in quo quãdoq; erat, qđ ostẽsum est inexistẽs natura genitis existẽtibus,aut si habet & seruat illã potentiã ad posterius ut actu, sm ipsam possit fieri,& nullum inconueniens sequitur supponentibus, futurum iam esse sicut supponẽtibus pręteritum nunc esse. Nam futurum supponens iam esse, hoc supponit cuius potentiam habet,ut in omni parte futuri temporis possit esse ,ppter quod & nũc supponitur esse.

Naturaliter autem & non vniuersaliter intendentibus impossibile est aut sempiternum ens prius, corrumpi posterius,aut prius non ens,posterius sempiternum esse. Corruptibilia enim & generabilia, & alterabilia omnia. Alterantur autem contrariis, & ex quibus constant natura entia, ab eisdemq; ipsis corrumpuntur.

Quidā qdem igitur nō dicentiū esse vacuum nihil determinauerūt de leui & graui, puta Anaxagoras & Empedocles. Qui aūt determinauerūt qdem, nō dicentes aūt esse vacuū nihil dixerunt, ꝓpter quid hęc quidẽ simpliciter leuia, hęc autẽ grauia corporū. Et ferūtur hęc quidẽ semꝑ sursum, hęc autẽ deorsum. Neq; de eo ꝙ quędā maiora mole entia leuiora sunt minoribus corporibus, nihil recordati sunt, neq; manifestū qualiter ex dictis confessa parẽtibus accidet dicere ipsos.

Com̄.5. Nec prædictorum resumptionem habẽt cum quadam adunatione accusationum & de articulatione. Dicit autem ꝙ non dicentium esse uacuum nihil determinauerunt de leui & graui, sicut Anaxagoras & Empedocles. Alii autem determinauerunt quidẽ sicut Plato, non tamen causam assigna-

uerũt propter quid, hæc quidem ſimpliciter leuia, hæc aũt ſimpliciter grauia corporũ ſunt, & ꝓp qd feruntur, hæc quidem ſemper ſurſum, hæc autem ſemper deorſum. Sed neq; de hoc ꝙ quædã maiora mole leuiora ſunt minoribus corporibus, nihil recordati ſunt, neq; palã qualiter ex dictis ab ipſis confeſſa apparentibus accidet dicere ipſos. Harum itaq; triũ accuſationum, de duabus quidem dictũ eſt prius. De ſurſum quidem igitur & deorſum, ꝙ Plato non putat hæc ſecundum naturam eſſe in mundo ſphærico exiſtente. De ſimpliciter autem graui & leui ꝙ nouit qdem ipſa, neq; autem ſecũdum eum qui ad deorſum & ſurſum motum ipſe determinat, ſed graue quidem ſecũdum motum ad proprium locum, leue autem ſecũdum motum ad alienum ſicut præmiſſa litera Platonis manifeſtauit neq; determinãte, hoc quidem ſimpliciter graue, hoc autem ſimpliciter leue quatuor elemẽtorum uniuerſe ſed omnia grauia & leuia, quia omnia & ad cognatũ nata ſunt ferri & ad contrariũ. Huius autem quædam maiora mole exiſtentia leuiora ſunt minoribus, pro cauſa poſuit ꝙ magnas intra ſe ipſa intercapedines habẽt, ut in ære manifeſtum fecit dicens, eo autẽ ꝙ magnas intra ſeipſum intercapedines habet leuius ſulgidis cõpactis unum genus aquarum ęs conſiſtens factum eſt.

Neceſſariũ autẽ & his qui de ignis leuitate cauſant multũ vacuũ habere fere in eiſdẽ retineri difficultatibus. Minus quidẽ enim habebit ſolidũ alijs corporibus & vacuũ plus. Sed tamẽ erit q̃dam ignis multitudo in qua ſolidum & plenũ excedit cõtenta ſolida in quadã modica multitudine terrę. Si autem dicant & vacuũ quomodo determinabũt ſimpliciter graue, aut nõ per plus ſolidũ habere, aut per minus vacuũ. Siquidẽ igitur hoc dicunt, erit quędã multitudo terrę ſic pauca in qua ſolidũ erit minus q̃ in magna multitudine ignis. Similiter aũt & ſi vacuo determinauerũt erit aliquid leuius ſimpliciter leui & lato ſemper ſurſum qđ fertur ſemper deorſum, hoc aũt impoſſibile. Simpliciter enim leue erit ſemper leuius habentibus grauitatẽ & deorſum latis. Qđ aũt leuius nõ ſemper leue ꝓpter dici & in habentibus grauitatẽ alterum altero leuius, puta terra aquã. At vero neq; per vacuũ analogum habere ad plenũ ſufficiens ſoluere dictam nunc dubitationẽ. Accidet enim & hoc modo dicẽtibus, ſimiliter impoſſibile, in pluri enim igne & minori eandẽ habebit rationẽ ſolidũ & vacuũ. Fertur autẽ velocius ſurſum maior ignis minore, & deorſum autem iterum ſimiliter maius aurum & plumbum. Similiter autem & aliorum vnumquodq; habentium grauitatem. Non oportebat autem hoc accidere ſiquidem iſto determinatum eſt graue & leue.

Cũ dixiſſet ad eos qui ex planis generant corpora tãquã neq; de ſimpliciter grauibus & leuibus dixerint, neq; cauſam aſſignauerint, quare maiore mole exiſtentia leuiora minoribus ſunt corporibus, dicit ꝙ & his qui leuitatis cauſam faciũt uacuum, neceſſarium eſt eiſdem ferè difficultatibus retineri. Illis enim paucitatem elemẽtorum cauſam afferẽtibus accidebat dicere multo igne aquã paucam eſſe leuiorem, & hos idem incõueniens aſſequetur. Si leuius eſt ſm ipſos quod minus habet ſolidum, uacuum autem plus. At uero poteſt ignis multus acceptus pauco aere, uel aqua, uel terra, & ſolidum plus habere, & uacuum, quare non utiq; ipſe leuior erit. Nam quod leuius nõ ſolum oportet plus uacuum habere, ſed & ſolidum minus. Deinde inſtantiam tãquã ab illis inducit per hoc. Si autem dicant & uacuum, hoc eſt ſi dicant ꝙ pauca terra multo igne non ſolum habet ſolidum minus, ſed etiam uacuum, & ꝓpter hoc nõ eſt leuior. Leuius.n.erat non ſolum quod ſolidum minus habet, ſed & qđ uacuum plus. Si igitur aũt hoc attulerint dicant plane qũo determinabunt qđ ſimpliciter graue & ſimpliciter leue, uidelicet neceſſe enim ſimpliciter graue determinare, aut per plus ſolidum habere, aut per minus uacuum ſolidum. Aut igitur iſto modo, aut qđ quidem magis non ſm ſolidum ſolum, ſed ſm amborum adinuicem, analogiam determinabunt, ut ſicut in ſimplr̃ graui plenum habet ad uacuũ amplius exiſtẽs, ita in ſimpliciter leui uacuũ habeat ad plenum amplius exiſtens ipſo, illud ſimpliciter autem appoſuit in hoc ſimpliciter graue, & ad contradiſtinctioné, forte eius qui ad alterũ. Quoniã poſſunt leuius dicere quod uel eo in ęquali mole plus quidem ſolidũ habet, minus autem uacuũ, ſed hoc non eſt ſimpliciter leue. Similr̃ autem, neq; graue quod ſic aſſignatur. Oportet enim qđ ſimpliciter nõ ꝓpter magnitudinem eſſe tale, ſed ꝓpria natura. ad has igitur tres determinationes cõtradicẽs, & primo ad primam. Si.n. qđ ſimpliciter graue determinãt p plus ſolidũ habere erit multitudo terrę ſic modica in qua erit ſolidũ minus q̃ in multa multitudie ignis. Erit igitur ignis ille grauior q̃ illa terra, & terra illa igne illo leuior, ſubaudiendũ autem qđ & ſimpliciter leue per minus ſolidum habere erit aliqua multitudo pauca terræ multo igne minus ſolidũ habẽs. Quare leuior terra illa igne illo erit, & ignis ille grauior q̃ terra illa. Similr̃ autẽ etſi in uacuo

Com.6.

aut plures qdē,contraria aūt ſolum,vna quidem.n.exñte nō erit ſimpliciter graue & leue.Quēadmodum his qui ex trigonis conſtituunt. Contraria autem quemadmodum qui vacuum & plenum non erunt intermedia ſimpliciter grauium & leuium propter quam cauſam grauiora & leuiora inuicem, & his quæ ſimpliciter ſunt.

Com. 8.

Hæc deinceps cōmuniter adducit omnibus qui de graui & leui dicūt ſimul aſſumens in his quę nunc dicuntur ex illis opiniones ad quas cōtraduxit proxime, eam.ſ.quæ multitudine, & paucitate planorum & eam quæ uacuo & pleno,graue & leue determinant.Et dicit ꝙ eodē modo accidit,aut de ſimpliciter graui & leui dicere ipſos,aut de intermediis ſimpliciter grauium & leuium.Dicit igit̄ ꝙ & ſi quis aliter magnitudie & paruitate determinet grauiora & leuiora,& nō,ut Plato,ſed aut ut qui circa Democritum,Iſti enim ex paruis quidem ſphæris dicebant ignem generari propter quod ſubtiliſſimarum partium eſſe.Ex maioribus autem atomis terram,ex mediis autem intermedia,aut ut qui elementum unum ſupponebant, & huius ſpiſſitudine & raritate alia aſſignabát. Et iſti enim raritatis cauſam ponebant uacuū & ad hos cōgruit hoc,& alio quocūq; modo aſſignans hoc eſt quáuis non magnitudinem,aut paruitatem uocet,ſed ſpiſſitudinem & raritatem.Solam autem eandem materiam omnibus aſſignás,ceu aquá,aut aerem,aut intermedium,materiam autem dicit ſubiectū. Eandem autem materiá & Ariſtoteles omnibus aſſignat.Sed differētia eſt,quia iſti actu aliquod ens iam ſupponi dicunt uelut aquá,aut aerem,aut intermedium,illud autē aut plures quidē, contrarias autem ſolum poteſt compĥendere & eos qui uacuū & plenum dicunt, & eos qui terram & ignem, ut Parmenides,& eos qui ſpiſſum,& rarū,& eos qui multitudie,& paucitate planorū generationem aſſignant. Sic igitur in duo ſeparans omnes.ſ.in eos qui unam materiam ſupponebant & in eos qui plures una contrariis autem : quæ utriſq; accidunt incōuenientia adducit.Et primo ꝙ una materia exiſtente ſicut & hi dicunt qui ex trigonis conſtituunt. Ex uno enim ſcaleno ſemitrigono tria apud ipſos facta ſunt elementa,ignis,aer,aqua.His igitur qdem qui ex uno eodem ſuppoſito generant nō erit ſimpliciter graue & leue.Eadem enim natura in oibus ipſis eſt:quæ ſiquidem grauis ſit,ſimpliciter leue tollitur: ſi aūt leuis,graue non erit qd ſimpl̄r,ſed quæ adinuicē ſolum,ſiue multitudine & paucitate,ſiue magnitudine & paruitate ſubiecti,hoc qdem grauius, hoc autē leuius fieri dicant ipſo elemēto nullá hñte inclinationē.Cōtraria aūt exiſtente materia ſubta,ſicut qui uacuū & plenū dicūt de ſimpl̄r quidē graui,& de ſimpliciter leui dicere uidebátur. Vacuū qdē ſimpl̄r leue,plenū aūt ſimpliciter graue dicentes.Intermedia autē corpora ignis aeris & reliquorū,intermedia autē tanq̄ ex ambobus extremis cōpoſitis.ſ.pleno & uacuo non adhuc erūt.Non enim habēt determinare ſm quid grauiora & leuiora ſunt inuicē,& elemētis leui.ſ.uacuo & graui & ſolido.Non ſcientes.n.ꝑpter qd uacuū quidem leue eſt,ſolidum autem graue,neq; de participantibus reſpondere poſſunt.Eorū uero quæ ſimpl̄r propter quid cōpoſita grauiora & leuiora cauſam ſi dicerent uacuo quidem grauiora utiq; dicerent ipſa eſſe eo ꝙ habent & ſolidum in ipſis.Solido autem leuiora eo ꝙ habent in ipſis uacuum,aut ꝙ qui non habent dicere cauſam ꝑpter quam quidem compoſitorum,hoc qdem graue eſt,hoc autē leue.Neq; utiq; eius ꝙ grauiora aliquo totaliter ipſa ſint,aut leuiora habebunt cāṁ dicere.Forte autem intermedia grauiora & leuiora inuicem poſſunt dicere:Leuiora eo ꝙ in æquali mole plus uacuum habeant & minus ſolidum.Econtra autem grauiora,ſed qualiter quæ non eiuſdem molis comparant,non habebunt dicere ꝙ omnis æqualis pars & magna ignis comparant̄ quo iudicabitur ignis leuior eſſe multiplex reſpectu terræ.Non enī poſſibile in his dicere ꝙ omnis æq̄lis pars accepta leuior eſt hoc & ſimpliciter leuius eſt.Si enim ęquale ęquali erat leuius, quia pauciora quidem habebat ſolida.Amplius autem uacuum in quibus hoc nō ſaluatur,neq; utiq; manebit cauſa leuioris & grauioris.Sic quidem igitur Alexander intermedia ſimpliciter grauium & leuium compoſita ex uacuo & pleno intelligens exponit.Forte autem ſimpliciter graue & leue terrá & ignē dicit,intermedia autem aerem & aquam,& ꝙ non erunt hæc.Non enim habent dicere ꝑpter quam cauſam grauiora & leuiora ſunt inuicem,& his quæ ſimpliciter.Et nunc quidem tantum dixit ſolum,apud finem autem libri idem argumentum ponens planius dicit inconuenientia quæ ſequuntur.Et his qui unum ſubiectū dicunt,& his qui contraria.Et ibi plane Itermedia dicit aerē & aquá. ¶ Sciēdū aūt ꝙ Alex.qdē ſcribit,iuicē q̃, & ſimpliciū,iuenit aūt in aliqbus ſcriptū his q̃ ſimpl̄r.

Magnitudine autem & paruitate determinare ficto aſsimilatur maxime eorum quę prius.Quia autem contingit ſecundum vnūquodq; facere differentiam quatuor elementorum,certius habet ad eas quę ante dubitationes.Vnam autem facienti naturam magnitudine differentium,neceſſarium idem ac

cidere vnam facientibus materiam, & neq; simpliciter esse nihil leue, neq; latum sursum, sed aut retardans, aut extrusum. Et multa parua paucis magnis grauiora eē. Si autē hoc erit, accidet multū aerē & multum ignem aqua esse grauiorem, & terra pauca, hoc autem est impossibile.

Com. 9. Cum dixisset quæ inconuenientia accidunt circa grauitatem & leuitatem his qui unam materiā & unum suppositum dicūt, & quæ his qui contraria aiunt, illis quidem de simpliciter graui & leui nihil dicere, his autem de intermediis: idem autem dicere de naturalibus corporibus, aut de duobus mediis elementis, nec determinare causam ꝓpter quam, hæc quidem ipsorum sunt grauiora, hæc autem leuiora, transit ad eos qui magnitudine & paruitate differentiam elemētorum assignant. Isti autem utiq; erunt qui grossa partialitate & subtili partialitate, idem autem dicere inspissatione & rarefactione, determinant & unam materiam differentiis his & ipsi supponunt. Et dicit de ipsis q̨ sermo qdē qui dicit ab ipsis est magis fictitius q̄ eius qui uacuū & plenum supposuit ad dubitatiōes q̄ ad hunc illatę fuerūt, securior est nūc ꝓpositus. Vnūquodq; enim q̄tuot corporū participatione subtilitatis & grossitiei, & ea quæ ſm hanc analogia grauitatis & leuitatis habebit inclinationē, qd qdē nō habebant dicere, neq; qui ex planis componunt. Quæ enim ſm se inclinationē non habent, neq; plura, neq; pauciora simul posita habebunt inclinationem, sed neq; qui uacuum & plenum cām faciunt differentiæ elementorū ſm grauitatem & leuitatem habebant causam respōdere. Nam non habētes dicere ꝓpter quid uacuū quidem leue est, solidū autem graue, neq; differentiæ eorū quæ ex his cōponuntur causam habent dicere. Accusat autem & eos qui magnitudie & paruitate determināt tāq̄ unum suppositū & unā naturam facientes differentiū magnitudine, cum in eisdem retineant in quibus, & qui unam materiā faciunt retinebantur. Hæc autem erāt non esse, hoc qdem simpliciter leue & motum sursum ſm ipsos, hoc autem simpliciter graue & latum deorsum. Omnia enim unam habebunt inclinationem naturalem ſm ipsos, uel maiorem autem uel minorem hanc, non tamē diuersam ſm speciem siquidem unū subiectum est. Si autē non est qd fertur sursum natura, palā quod q̄ nunc sursum ferri uidentur, aut tardantia & ꝑaccepta à grauioribus in ea quæ deorsum latione sursum uidentur esse, aut extrusa à grauioribus ad sursum feruntur ui, sed nō ſm naturam. Accidit autem, ait, his multa parua, hoc est multa subtilium partium paucis grossarum partium grauiora esse, eo enim q̨ ex subiecto eodem cum his quæ magnarum sunt quæ paruarum partium, & eandē naturalem inclinationem habent si congregentur plura paruarum partium grauiora erunt paucis magnarum partium. Si autem hoc accidet multum aerem & multum ignem esse grauiora pauca aq̄ & terra pauca, hoc autem est impossibile. Hoc autem, ait, Alexander potest, & ad eos qui circa Democritum dici, qui ex paruis sphæricis atomis dicebant componi ignem. Si enim omnes atomi eiusdē naturæ existētes grauitatem habent, & sunt maiores grauiores eo q̨ maiores sunt, ꝓpter hoc autem & corpora quæ ex maioribus atomis componuntur grauiora. Si multi atomi parui paucis magis erūt grauiores. Si autem hoc multus ignis erit grauior pauca terra. Aut hoc utiq; ait, ad ipsos diceret si non uacuum causam efficerent.

Quę quidem igitur ab alijs dicta hęc & hoc dicuntur modo. Nos autem dicimus primum determinantes de quo maxime dubitant quidam, propterquid hęc quidem sursum feruntur, hęc autem deorsum corporum semper secundum naturam, hęc autem & sursum & deorsum. Post hęc autem de graui & leui, & de accidentibus circa ipsa paßionibus propter quam causam vnūquodq; fit. Deferri quidem igitur in eum qui ipsius locum vnūquodq; similiter existimandum, quemadmodum & circa alias generationes & transmutationes. Quoniam enim sunt tres motus, hic quidem secundum magnitudinem, hic autem secundum speciem, hic autem secundum locum: in vnoquoq; horum transmutationē videmus factā ex cōtrarijs ad cōtraria, & intermedia, & nō in cōtigens cōtingenti transmutationē entem. Similiter autem neq; motiuum cōtingens cōtingentis, sed sicut alterabile & augmētabile alterū sic, & alteratiuum, & augmentatiuum. Eodem autem modo existimandum, & quod secundum locum motiuum & mobile non contingens esse contingentis. Ad sursum igitur & deorsum motiuum quidem quod grauis factiuum, & quod leuis factiuum. Mobile autem quod potentia graue & leue. In eum autem qui sui ipsius locum ferri vnumquodq; ad sui ipsius speciem est ferri.

Com. 10. Concludens dicta ut opiniones de graui & leui priorum cum conuenienti contradictione expositas tempus habebat iam ad ea quæ sibi uidebantur transire. Sed oportet, ait, primo determinari de

quo

quo maxime dubitant quidam, propter quid corporum quidem hæc semper deorsum feruntur secundum naturam suipsorum mota, hæc autem semper sursum, hæc autem deorsum & sursum. Deinde sic de graui & leui, & de passionibus quæ accidunt ipsis propter quam causam ipsa fiunt & accidentia ipsis. Sunt autem / ait Alexander / quæ dubitantur de ea quæ corporum in propria loca latione talia. Primo quidem aiunt, si continentis ultimum est uniuscuiusq; locus, palàm quia quod nondum aliquid continet, neq; est locus, quomodo igitur feruntur utiq; corpora ad sua loca, quæ neq; à principio sunt totaliter corporibus nondum existentibus. Etenim neq; prius unquàm in ipsis fuerunt, ut secundum hoc dicantur ad sua ferri loca quæ aliquando fuerunt, mox enim cum facta esse & ferè, adhuc cum fiunt feruntur corpora. Si igitur quæ feruntur corpora ad similia feruntur, ignis quidem ad ignem, aer autem ad aerem, similiter autem & aqua & terra. Facta autem in illis continua totis fiunt, & partes ipsorum. Quæ autem continue partes nõ sunt in loco per seipsas non ad sua utiq; loca ferentur, quæ secundum naturam mouentur, neq; in loca totaliter, sed deferentia locum quẽ habebant non amplius habebunt locum neq; erunt in loco. Sed neq; si dicat aliquis in suum locum ferri esse ad conueniens, & simile corpus ferri recte dicet. Si enim secundum suppositionem translata fuerit in locum ignis terra, & ibi teneatur transposita: etiam sit ignis deorsum: deinde terra aliqua dimittatur: ad quid mouebitur mota secundum naturam, utrum sursum ad totam terram, quia est similis ipsi, aut deorsum ad ignem? Siquidem enim ad totam terram, non erit grauitatem habẽtibus proprius qui deorsum locus, neq; ad hunc erũt mota. Sic autem deorsum feratur, ut ad proprium hunc locum non adhuc utiq; erit æquale huic. s. in suum locum ferri corporibus secundum naturã, hoc ad conueniens ferri, neq; idem totius & partis locus. Quæ quidem igitur dubitantur talia sunt. Dicet autem utiq; quis q; si deus & natura transposuerint terram, ubi nunc est luna, ut opportunũ sic fertur & gleba illa. Sument enim & partes à conditore hanc uirtutem quam habet totum. Ipse autem hæc soluet per hoc q; ostendet quod corporibus ferri in suum locum est æquale huic quod est ad suam speciem deferri & ad suam perfectionem. Ostendet autem ipsum per hoc q; omnis quidem quod in potentia aliquid est, perfectio est in illo esse. Nam potentia grammatici perfectio & species est grammaticum esse. Similiter autem & musici musicum, & calidi calidum. si autem id in quibus possunt secundum naturam esse perfectio potentium, & quæ ad illa transmutatio uia utiq; ipsis erit ad perfectionem. His autem sic se habentibus, quoniam quæ mouentur ad aliquid potentia existentia in illo ad esse in ipso actu transmutantur omnia utiq; quæ mouentur secundum quod potentia sunt ad perfectionem & speciem transmutantur à natis mouere ipsa & transmutare. Quare & quæ secundum locum mouentur ad propriam utiq; speciem & perfectionem secundum quam sunt mobilia transmutantur. Si autem hoc in suum locum transmutari est, demostrationem quidem igitur assumens sic exposuit Alexan. Aristoteles autem proponens causam dicere huius, q; hęc quidem corporum sursum mouentur, hæc autem deorsum, hæc autem utrinq; uergunt secundum suam naturam mota, quod & expetebat ab his qui dicebãt, uacuum quidem leue, solidum autem graue: communem causam in omnibus speciebus motus assignat. Tribus enim existentibus motibus, eo qui secundum augmentum quem secundum magnitudinem dixit, & eo qui secundum qualitatem, quẽ secundum speciem dixit generationem simul forte & alterationem insinuans. Nam proprie quę secũdum speciem transmutatio generatio est & corruptio. Quanuis igitur motus pprie non sit generatio, ut ipse in. 5. de naturali auditu determinauit, tamen congruunt & ipsi quæ nunc de motu dicuntur. Tertio autem existente motu eo qui secundum locum, secundum unumquemq; trium uidemus transmutationem fieri ex contrariis in contraria, aut intermedia & non cuiusuis ad quoduis tenere transitionem esse. Nam album transmutatum non in grammaticum transmutatur, neq; in aliud aliquid nisi in cõtrarium albo, aut in aliquid intermediorum. Similiter & in aliis, uniuscuiusq; enim per se motus determinatus est, per se autem albi, quę secũdum quod album transmutatio, & tanti inquantum tantum, & huius quod in hunc locum secundum quod natum est ad ipsum. Quare & quod secundum locum transmutatur non in quoduis, neq; ex quouis transmutatur, sed ex cõtrario in cõtrarium, aut intermedium. Contraria autem secundum locum sursum & deorsum. Causa autem / ait Alexander / quare transmutationem in cõtrarium transmutata oportet fieri, hęc q; oportet semper hoc quod transmutatur quidem exire ab hoc, ex quo trãsmutatur. Non enim utiq; simul manebit in ipso & transmutabitur ex ipso. Quod subiicitur igitur & dicitur trãsmutari derelinquẽs priorẽ speciem, in alia semper fit specie. Non enim possibile est in priuatione omnis speciei esse quod subiicitur, in tali erit transmutatum in quo existens, nõ adhuc erit in illo ex quo transmutatum est. Quare in non potenti coexistere cum ipso. Talia autem contraria & intermedia sunt. Non enim possibile est simul idem secundum idem in cõtrariis esse. propter hoc igitur non dicitur ex albo in grã-

hoc igitur ubi totum ibi & partium unaquæq; nata est ferri, sed non quia ad terram, similia quidem igitur & non simpl'r similia, sed eadē natura, neq; utiq; dicētur ꝓprie ad simile, sed ad idem ferri hęc. Si autē totaliter magis ꝓprie uult quis eá quæ ad simile lationē inuenire eam q̄ ad suiipsius locū inueniet. Quoniam enim locus est terminus cōtinentis, quod ad ꝓprium locum fertur ad terminum continentis fertur. Quod autē continet simile est ei quod continetur, quia quæ continentur similia adinuicem sunt, uelut aqua aeri, & aer igni, & ècōuerso autem in mediis uerum dicere similia esse, aerem quidem non solum igni similē esse, sed aquæ. Quare & supra posito & subtus posito, & aqua similiter aeri & terræ, extrema uero. s. ignis & terra non adhuc habent quid tale ècōuerso. Neq; enim ignis supra positum aliquid habet, neq; terra suppositū. Quòd autem similia quæ cōtinentur palàm ex eo quod de facili transmutantur adinuicem secundū inexistentem ipsis cōmunem qualitatem cognata existentia. Secundū hanc autem forte ignis & terra, illud èconuerso habebūt communia habentia siccitatem. Et tota quidem rationis deductio talis ꝙ ad propriū locum fertur. Cum dixisset autē ꝙ locus est cōtinentis terminus, adduxit. Continet autem omnia quæ mouētur non simpliciter, sed sursum & deorsum quod extremū & quod medium. Nam circulariter mobile corpus ipm existens extremum non continetur ab extremo & medio, sed sola quæ sursum & deorsum mouent̃. Hoc aūt non frustra (ut existimo) apposuit, sed insinuans, quia eorū quidem quæ ad sursum mouent̃ suprapositum est contentiuū suppositi, sicut ignis aeris. Eorum autem quæ ad deorsum quod subius positum, hæc enim proximiora cōtinentibus sunt. s. extremo & medio. Continens autē modo quodam fit species cōtenti, quod habitū dixit tanq̃ consequenter positum. Si enim his quidē speciem qui sursum locus dat leuibus tunc factis quādo in sursum loco fuerint, grauibus aūt quod deorsum. Quod quidem circa extremū sursum est species táquá is illo perfectionē habeat, aeri autem ignis, quia usq; ad illum ascensus. Et iterum terræ quidē mediū est species, aquæ autem terra, quia aqua in terra fit, táquàm suiipsius specie accepta quæ secundum grauitatem quiescit, & sunt species quidem proportionaliter extrema tanquá specifica cōsequenter positorum, hæc autem natura. s. media, tanq̃ specificata ab illis. Nam ignis quidem aeri leuitatem dat, terra autē aquę grauitatē. Alius autem est modus iste diuisiōis in formalia & materialia quatuor elemētorum, & alius ille scd͂m quē grauia quidem & frigida materiæ rationem habent, leuia autem & calida speciei. Ipse autem Aristoteles in aliis dicit, & Theophrastus in libro de generatione elementorum & Posidonius Stoicus ab his accipiens ubiq; utitur, Alexander autem expositorum notat quidem aliam nunc traditam diuisionem elementorum secundum formale & materiale. Dicit autem aquam terræ speciem & non èontrario, ut ego puto. Scribit autē sic, sunt quidem igit̃ simpliciter materialia terra & aqua, & simpliciter formalia ignis & aer. Adinuicem autē & ut proxime species, & ut proxime materiæ quę prope inuicē sunt paucam habentia eam quæ secūdum materiale uarietatem. Etenim aqua terræ species aliqualr equidem existens & ipsa materialis, quia ad hanc sic habet. Et quidem si loca sunt formalia, ut Arist. dicit, qui extremus & qui medius & est aquæ, ut quæ scd͂m naturam inclinatio, ut ad speciē & perfectionem ad mediū, proximorum autem medio terra est q̄ aqua: hæc utiq; magis ad aquā habebit rationem speciei q̄ aqua ad terrá. Nam grauitatis spēm à medio primo terra accipiēs & aquæ ipsam tradit. Et sicut se habet ad aerem ignis, ita se habet terra ad aquam. Videt̃ autem Alexan. ad id quod ab Arist. dictum est aspicere. Semper enim quod superius ad id quod sub ipso ut species ad materiā sic habent adinuicem. Forte autem dicens continere omnia quæ mouentur sursum & deorsum qd͂ extremū & qd͂ mediū táquā continens & medium dixit superius eo ꝙ ab ipso continetur. Extremū autem & medium modo quodam fieri speciem habitorum, ait, quia non ipsa sunt ipsorum species, sed quæ ab ipsis dantur, extremi quidem sursum & leuitas formalis existēs leuium, à medio autem grauitas & quod deorsum.

Quęrere autē propter quid fertur ignis sursum & terra deorsum, idē est & propter quid sanabile si moueatur & transmutet scd͂m quod sanabile in sanitatem uenit, sed nō in albedinē. Similiter autem & alia omnia alterabilia, sed adhuc & augibile cū mutetur secūdum quod augmentabile nō in sanitatem uenit, sed in magnitudinis excessum. Similiter aūt & horum unūquodq;, hoc quidē in quali, hoc autē in quanto transmutat. Et in loco quę quidē leuia sursum, quę autē grauia deorsum, nisi quia hęc quidem in seipsis uidentur habere principiū transmutationis. Dico autē graue & leue, hęc autem non, sed ab extra, puta sanabile & augmentabile, quāuis quādoq; & hęc ex ipsis transmutentur & paruo facto in his quę extra motu, hoc quidē in sanitatē uenit, hoc autem in augmentum. Et quoniā idem quod sanabile & quod languoris susceptiuū ad infirmitatem. Magis autē graue & leue horum

in seipsis habere videntur principium propter propinquißima substantiæ esse, horum materiam. Signum autem quia latio absolutorum est, & generatio vltimus motuum. Quare primus vtiq; erit & secundum substantiam hic motus.

Com. 12. Ostenso q sursum & deorsum feruntur fm naturam ut ad propriam speciem & perfectionem feruntur, & ab eo qđ potentia in id quod actu cuius potētiā habebant, nunc hoc persuadet & ab aliis motibus, ostendens q ut in illis ab eo q potentia ad proprium accidētium in aliud aliquid fit quæ fm naturam transmutatio: sic & in motu fm locum habet, propter quod/ait/nihil differt habere ꝑpter quid ignis sursum fertur, terra autem deorsum; ab inquisitione propter quid sanabile si fm qđ sanabile est transmutetur in sanitatem uenit, sed non in albedinem. Similiter autem & omnia alia alterabilia. Et augmentabile autem quando transmutatur fm quod augmentabile, non in sanitatem uenit, neq; in aliam qualitatem, sed in magnitudinis excessum, quia fm quantum est transmutatio, sed non fm quale. Sic igitur & in his quæ fm locum mouētur, leuia quidem sursum, grauia autem deorsum, & non ad aliquid aliud moueri nata sunt. Nam ignis deorsum existens leuis sic est & dicit̃ tāquā supernatatiuus & potentia adhuc habens superferri. Similiter autem & terra sursum tāq̃ substitiua & potentia adhuc habens substare, sicut & sanabile. Quando autem mouentur fm quod talia, ignis quidem ad sursum & ad supernatare, ut ad propriam speciē & ad actum suum mouetur & perfectionem, terra autem ad deorsum & substare, & nō ad aliquid aliud fm naturam neutrū. Hæc autem ut paulopost docebimus, dicuntur in his quæ adhuc fiunt & transmutantibus, & quæ nōdū suiipsorum perfectionem, & quod actu suiipsorum perfecte receperūt, sed adhuc mouentur quod quidem inest & deorsum existenti igni, & sursum existenti terræ. Euidentius autem in exhalationibus uidetur nōdum perfecte in aerem transmutatione facta, & in exaquatis ut ros se habet & pruina. Feruntur enim hæc nōdum existentia actu aer aut aqua. Notat autem ad scripturam Alexander dicens q pro { quærere autem } melius esset scribere, quærere itaq;, quia hoc tāquā ad præostensa cōsequetur. Potest autem & scriptum esse bene, similitudinem ad alios motus eorum quæ fm locum mouentur ostendens, & ab illis hunc probans. Et hoc similiter, & horum unūquodq;, uel/ait/ oportebat scriptum esse, similiter autem & aliorum unumquodq;, aut similiter ut horum unūquodq;. Consequentia enim sunt/ait/ut hæc, sic quæ in loco. Forte autem nulla uariatiōe litera indiget si fm copulationem legatur. Dicit enim. Similiter autem & horum unumquodq;, hoc quidē in quali, hoc autem in quanto transmutatur, & in loco leuia sursum, grauia autē deorsum. Quomodo enim diceret unūquodq; in duobus.s. transmutari fm qualitatem & secundū quātitatem, si nō tertium quod secūdum locum ipsis coordinasset? Scire autē oportet q potens & in his quę fm substantiā transmutantur, hoc est in his quæ generant̃ eadem dicere Aristo. quę quidem in his quæ alterant̃, quoniā & illa ab eo quod potentia in id quod actu transmutantur. Prætermisit tñ illa quia neq; moueri ipsa uult nōdum entia quæ dicuntur. Motum autem in tribus relinquit.s. in his quæ fm quātitatem & qualitatem, & fm locum transmutantur, ꝑpter quod ut à similibus.s. augmentatis & alteratis q̃ fm locum mouentur persuasit. Cum dixisset autem similiter habere quæstiones in his quæ fm locum mouentur, q͞a terra quidem deorsum, ignis autem sursum mouetur, & in his quæ fm quantitatem & qualitatem, cōsequenter differētiam motus fm locum ad alios tradit, quia quæ quidem fm locū mouentur in ipsis habere uidentur principium, transmutationis grauitatem & leuitatem. Quæ autem fm qualitatem & quantitatem non adhuc, sed ab aliis mouentur extrinsecus ipsa transmutantibus, puta ab alterantibus & augmentantibus. Deinde & qualemq; in differentibus similitudinem insinuat quando/ait. Et hæc quæ alterantur & augmentantur, ex seipsis transmutantur. Etenim sanantur quidam nihilo medicatiui indigentes & augentur nutritiua, quæ in ipsis & uirtute augmentatiua operante. Bene autem apposuit & hoc paruo facto in his quæ extra motum ostendens q nō similiter his quæ fm locum mouentur totam motus causam ex seipsis habent hæc. Etenim alimento ablato indiget, & quod augetur & qđ sanatur aeris temperie, tamen sanans & augēs proxime natura est quæ his utitur. Cum dixisset autem q in sanitatem ex seipsis transmutantur modica extrinsecus indigent cooperatione, apponit qđ idem est sanabile & ægritudinis susceptiuum, propter qđ siquidem fm quod sanabile moueatur in sanitatem fertur. Si autem fm quod ægritudinale, in ęgritudinem, unumquodq; enim ad illud mouetur ad qđ uirtutem habet. Colligens igitur q quæ fm locum mouentur, hæc enim sunt graue & leue, quæ cum mouētur in seipsis habent motus principiū, causam adiecit huius q quæ fm locum mouentur perfectiora sunt. Perfectiora autem & iam entia fm actum, magis habent in seipsis motus principium, ꝑpter hoc enim & animalia totaliter animata perfectiora aliis existentia hoc maxime abundant.s. ex seipsis moueri. Nam imperfectum & nōdum

ens ab hoc mouetur à quo & fit. Huius autem q perfectiora sint quæ fm locum mouētur causam adiecit. s. q horum materia propinquissima substantiæ est, obscure causam exprimens. Materiam q dem enim dicit idoneitatem ipsorum & q potentia; Substantiam autem perfectam ipsorum speciē. Omne enim qd potentia, materia est ad hoc qd potest, & uniuscuiusq substantia fm perfectā ipsius speciem determinata est. Quoniam igitur quæ fm locum mouentur non fm aliquid eorū quæ in ipsis transmutantur, sed fm locum solum, & si habeāt aliquid imperfectum adhuc ,ppter qd & mo uentur. Quæ igitur fm substantiam iam perfecta prope sunt eius quæ fm locum perfectionis. Nam quæ fm localem motum idoneitas non ut ad substantiam, sed ut ad operationem uadit, propter qd & diuina corpora motu hoc non dedignata sunt moueri tāquā habentia multum quod actuū. Nā alterari quidem & augeri & adhuc cum his generari passiones magis sunt. Qui autem fm locū mo tus actus est magis, propter quod quæ fm locum mouentur, fm quod quidem mouentur totaliter nondum quidem eam quę fm hoc perfectionem acceperunt, si ad entelechiam & speciem suipsorū quæ fm hoc mouentur. Pertingentia autem ad suum locum per motum fm locum suam accipiunt fm hoc perfectionem, actu facta hoc quod interim erant potentia solum. Merito igiť horū idoneita tem propinquissimam perfectioni quæ fm ipsam dixit, si quæ perfecta entia fm substantiam operari indigent solum. Et si per eum qui ex seipsis motū ipsum sortiūtur nullo alio indigentia. Quod autē prope perfectionem sint & pfectiora his quæ aliter mouentur, signa duo ,pducit. Vnum quidem q absolutorum est talis motus, hoc est integrorum fcdm substantiam entium & non secundū aliquid eorum quæ in ipsis transmutantiū. Nam quę generanť & augentur & alterantur nondum absoluta sunt ad eam quæ fcdm seipsa subsistentiam. Secundum autem id q quæ fcdm locum mouentur po steriora secundum generationem sunt. Quæ autem fm generationem posteriora, perfectiora sunt. Etenim in animalibus imperfecta pfecto in generatione pcedunt, sperma quidem & mēstruū, si for te & embrionis paulatiua formatio & parturitio pcedunt eam quæ post tempus patitur pfectionem ut simile sibi generet. Et in plātis similiter ex imperfecto unūquodq ad perfectum procedit. Quod autem perfectius, prius substantia, tanq gratia huius & aliis praeacceptis. At uero & qui fcdm locum motus, posterior aliis & in animalibus & inanimatis aduenit. Iam enim perfecta aïmalia mouentur fm locū, & naturalia corpora pfecta, eorū q fm naturā ipsorū motū q fm locū accipiūt. Ignis qdē fa ctus eū q ad extremū, terra aūt eū q ad mediū. Præcedit autē alteratio & super ipsam augmētatio, & sic qui fcdm locum motus aduenit & maxime imperfectioribus, qualia sunt animalia. Perfecta enim iā & absoluta hæc cōueniēti animalibus locali motu mouenť. Quare primus utiq erit qui fm sub stantiam localis motus, aliis posterior & tempore & ordine adueniens. Com. 1 [illegible] 8. phys. idem dicit.

Quando quidem igitur fit ex aqua aer & ex graui leue venit in sursum. Simul autem est leue & non amplius fit, sed ibi est. Manifestum itaq; q potentia ens in actu ens venit illuc & ad tantū & ta le, cuius entelechia, & quanti, & quali, & vbi. Eadem autē causa & eius quod iam existentia & entia terram & ignem moueri in ea quę ipsorum loca nullo impediente. Etenim nutrimentū cum prohibens & sanabile cum retinens non sit fertur mox.

Cum dixisset q quæ in ipsorum locū mouentur ad ipsorū speciem moueanť & ad ipsorum perfe ctionem: quoniam & terra iam existens ad deorsum moueť & ignis iam existens ad sursum: distin ctionem tradit nobis eorum quæ in fieri & in eo quod in potentia in id quod actu transmutari sui ipsorum motu mouenť & eorum quę iam sunt. Et dicit q quādo fit ex aqua aer & totaliter ex graui aliquo leue uenit ad sursum. Simul autem cum accepisset speciē & factum est leue pfecte, nō adhuc fit leue, sed est. Si igitur leue quod supernatat sursum iam est, manifestū igitur q potētia ens leue & in entelechiam uadēs mouetur ad sursum, actu autem factū est ibi. Cum dixisset autē de his quę se cundum locum q in actum migrantia ueniūt illuc: Locale enim illud illuc adiungit, & de aliis moti bus breuiter q quæ fcdm quātum in actum migrantia ueniunt ad tantū & quæ fcdm quale ad tale ubicūq actus, puta sursum & quantūcūq erat puta si forte duorum cubitorum & si albi: Cum di xisset autem de his quæ fiūt: adiūgit, & de his quę iam sunt actu, de iam ente igne, & iam ente terra. Quia & in his eadem causa est quare in ipsorum locorum moueanť nullo impediēte, quæ quidem & in his quæ adhuc fiunt. Nam quæ actu sunt & ui in alieno loco detinētur, aut & subito in alieno loco fiunt, sicut qui hic accenditur ignis, aut qui in nubibus constat lapis & hæc nullo impediente fe runtur ad locū qui fm naturā ipsis conuenit. In quo fiunt pfectionē accipiunt spēi. Siue enim ,ppter hoc sunt in alieno loco, quia ibi generabanť participāt aliqliter adhuc cōtraria natura ex qua trāsmu tata fuerunt quā seponunt ad propria delata loca siue tanq ui detenta, & sic preter naturā aliqualiter Com. 18. Com. 17.

disponunt. Nam quod supernatare natū est si superminere & supernatare cogatur ꝑter naturā dispo nitur tunc. Quare & quę actu iam esse uident, quādo in alienis locis sunt imperfecta aliqualr sunt & habent aliquid potētia & mouent ad id quod actu & perfectū adducta. Et ꝙ etiā quæ actu iam esse uidentur, impedita autē habere aliquid potentia uelit insinuat adiungens. Etenim nutrimentū & sanabile quādo prohibens sublatum fuerit ferunt ad id quod suipsorū actu, potentia adhuc existētia. Nam & nutrimentū quādo actu fit hoc quod erat potentia, ceu caro, tunc apponit & nutrit & auget illud cuius dicitur esse nutrimentū. Multam autē habet quod potentia differentiā in iam facto, & in eo quod nondū speciem accepit. Hoc quidē enim est sicut quod in puero grāmaticum, illud autem sicut quod in habente quidē habitū grāmaticum, nō operante autem fm hunc. Tale autem & huius quod fm locum mouet, illud potentia. Et uidet Arist. per hęc soluere instantiam quandā dicentem. Si quod fertur ad proprium locum fm naturā ad propriā speciem fertur, ꝑpter quid quod iam acceptit propriam speciem ad proprium locum fertur. Et dicit quod propriam speciem accipit perfecte quod secundum locum mouetur, quando in proprio loco fuerit.

Mouet autem & quod à principio fecit & impedimentum remouens aut vnde resiliuit, quē admodū dictum est in primis sermonibus in quibus determinauimus ꝙ nihil horum ipsum seipsum mouet. Propter quam igitur causam fertur latorum vnūquodq;, & ferri in suipsius locū quid est, dictū est.

Com. 14. Cum dixisset ꝙ magis q̄ quæ aliter mouent quæ secūdum locum mouētur in seipsis habent motus principium, attentū reddit auditorē quod ut ad cōparationem aliorum dictum est, hoc eorum quæ secūdum qualitatem & fm quātitatem mouent, quibus & perfectiora sunt quæ fm locum mouentur ꝙ neq; ipsa proprie in seipsis habent motus principiū. Sed etiā in his uerum est quod in octauo de naturali auditu dicitur, quod nihil naturalr motorū ipsum seipsum mouet, sed omne quod mouetur sic ab altero mouet. Primos autem sermones uocauit illos tanq̄ de naturalibus principijs tractantes. Dicit igitur ꝙ & quæ fm locum mouent ab altero mouentur. Omnia enim ab eo quod à pricipio fecit. Nam quod in ignem trāsmutat ipsum est causa ipsi fm se eius qui ad sursum motus. Sed & si quid prohibet ferri/aut ignem sursum/aut terrā deorsum remouens prohibēs est causa ipsi motus, sed fm accidens causa. Et unde/ait/resiliuit & ipsum mouet aliqualr, ut murus resilientē lapidem/aut pilam. Attendere aūt oportet si naturalis & simplex est talis motus/neq; enim sursum/neq; deorsum, sed ad latera fit, quoniā his cōcluditur proxime pręmissum & ostensum quod quidē dixit dubitare quosdam propter quidē sursum ferunt corporum, hæc autem semper deorsum fm naturam, hæc autem sursum & deorsum. Ostendit enī, quia quod ad suum locum mouet ad suam spēm & suam perfectionem mouetur. Et quia idem est quærere propter quid fertur ignis sursum, terra autem deorsum, & propter quid sanabile si moueatur & transmutetur secundum quod sanabile in sanitatem uenit, sed non in albedinem.

Differentias autem & accidentia circa ipsa nunc dicamus. Primum quidem igitur determinatum sit quemadmodum videtur omnibus, graue quidem simpliciter quod omnibus substat, leue autem quod omnibus supernatat. Simpliciter autem dico in genus respiciens & quibuscunq; non ambo existunt. Quale videtur ignis quidem quęcunq; magnitudo sursum lata si non existat prohibens alterum, terrę autem deorsum. Eodem autem modo & velocius quod plus. Aliter autem graue & leue quibus ambo existunt. Etenim superferuntur quibusdam & substant quemadmodum aer & aqua, simpliciter quidē enim neutrum, horum leue aut graue. Terra quidem enim ambo leuiora supernatat enim ipsi quęcūq; ipsorum particula. Igne autem grauiora, substat enim ipsorum quantacunq; vtiq; sit particula, ad ipsa autem simpliciter, hoc quidem graue, hoc autem leue. Aer quidem enim quantuscunq; vtiq; sit superfertur aquę. Aqua autem quantacūq; vtiq; sit aeri substat. Quoniā autem & aliorum hęc quidē habēt grauitatē, hęc aūt leuitatem: manifestum quia horum quidē causa omnium quę in cōpositis differentia, secūdum enim illa sortiri, huius quidem plus, huius autem minus. Erunt hęc quidē leuia, hęc autem grauia corporum. Quare de illis dicendū, alia enim sequuntur prima, quod quidē dicebamus oportere facere, & propter plenum graue dicentes, & propter vacuum leue.

Cōmuni causa assignata quęrētibus ꝑpter quid, hæc quidē sursum feruntur corporum, hæc aūt
Com. 15. deorsum, hæc autem sursum & deorsum: ad differētias uertit nunc, fm quas, hęc quidē grauia sunt,

hæc autem leuia,hæc autem utrinq; uergunt.Et ad accidentia,quia non eadem uidenẗ ubiq; grauia aut leuia esse. Accipit autem primo à cõmuni existimatione quod est aliquid simplr̃ graue & simplr̃ leue,& quæ sunt hęc.Posterius autem & demõstrabit ipsa.Dicit igitur,graue quidẽ simplr̃ omnibus uidetur quod oĩbus subsidet,leue autem simplr̃ quod omnibus natat. Deinde exponit illud simplr̃ qualiter acceptum est. Simplr̃ enim dico/ait/ad genus aspiciens & quibũs nõ ambo insunt & leuitas & grauitas/sicut duobus mediis elementis aeri & aquę,quia utrũq; quidem ipsorum subsidet ydem supraposito,supernatat autem supposito.Hæc nõ utiq; erunt simplr̃ leuia aut grauia, sed ad subsidẽtia quidẽ ipsis leuia,ad supernatantia autem ipsis grauia.Solum autem illud simplr̃ leue quod solũmodo leue,sed nõ & graue.Et solum simplr̃ graue quod solũmodo graue.Ad genus autẽ respiciens dixit,pro hoc.s.ad naturam ipsam fm quam tale, sed non ad cõparationem ad aliud aliquid, hoc aũt natura tale. Duo hæc designare/ait/scilicet ꝗ non propter paruitatem aut magnitudinem tale, sed cuius & quæcũq; particula habet eandem uirtutem cũ toto uelut ignis quęcũq; magnitudo sursum fertur,si nõ aliquid extiterit ꝓhibens alterũ: quare etsi nõ supernatet aliquãdo eo ꝗ impediaẗ quod sic natum est,simplr̃ leue est.Similiter autem & quod simplr̃ graue.Scdm autem signum eius quod sic natum est hoc quod eodem motu citius fertur qđ amplius:eiusdem enim naturę existẽtibus,ut quod plus ad id qđ minus, sic & motus se habet ad motum. Videtur aũt & hoc quidem quibuscunq; non ambo insunt distinguere ipsa à duobus mediis elementis ab aq̃ & aere, quorum utriq; ambo insunt graue & leue. Hoc autem genere talia dr̃ ad ea quæ multitudine aut magnitudine determinãtur.Cum dixisset autem dr simpliciter graui & dr simpliciter leui,quorum utriq; alterum solum inexistebat adducit dr mediis ꝗ hæc sic sunt grauia & leuia tanq̃ utriq; ipsorũ ambobus existẽtibus, & propter hoc utrinq; uergẽtibus.Hæc aũt etsi nõ uľr illud simpliciter habeant, ut hoc quidem ipsorum simplr̃ sit graue, hoc autem simpliciter leue, sed fm aliud aliquid etiã ipsa illud simplr̃ habẽt, adinuicem enim simplr̃,hoc quidẽ graue est, hoc autẽ leue.Quia aer quidem quãtuscũq; fit/siue totius/siue pars supernatat aquę,hoc autem non,sed totum simplr̃ & omnis pars.Aqua autem quantacunq; fit subsidet aeri,& propter hoc & ipsa ut ad aerẽ simplr̃ grauis dicitur, nõ ueluti ly simplr̃ existente hoc,quia non & ad extrema elementa eandem habent rõnem.Palã autem ꝗ fm eandem analogiam aer quidem ad ignem grauis utiq; fit,aqua autem ad terrã leuis.Cum dixisset autem de simplicibus corporibus.s.de uniuersaliter leui simpliciter/ & dr uniuersalr̃ graui simpliciter,& dr his q̃ nõ uniuersaliter quidem/simplr̃ autem ut adinuicem: cõsequenter de aliis inducit corporibus, hoc est de cõpositis.Hæc enim sunt alia ꝑter simplicia.Et dicit ꝗ quoniã & horum,hæc quidẽ habent grauitatem,hæc autem leuitatem,nihil ipsa horum grauia oportet multũ pertractare.Palã enim ꝗ in simplicibus ex quibus componũtur hæc differentia scdm quod illorum,huius quidem plus huius aũt minus participant,hæc compositis est causa, quare hæc quidem ipsorum leuia, hæc autem grauia sunt.Quare eum qui de graui & leui inquirit dr his in simplicibus oportet dicere,illa enim assequũtur composita.Hoc autem propter eos qui ꝓpter plenum dicunt grauia esse corpora,& propter uacuum leuia exigimus facere,& de ipso pleno primum, & de uacuo dicere propter quã causam,hoc quidem est graue,hoc autem leue.Hoc enim cognito palã utiq; erit iam propter quid compositorũ ex ipsis,hæc quidem leuia sunt,hæc autem grauia.

Accidit itaq; non vbiq; eadem grauia videri esse & leuia propter primorũ differentiã. Dico autem *puta in aere quidẽ grauius erit talenti lignum plumbo mnaico,in aqua aũt leuius.Causa autẽ quia omnia grauitatẽ habent pręter ignem & leuitatem pręter terram.Terram qdem igitur & quęcunq; terrę habẽt plurimũ,vbiq; grauitatem habere necessariũ,aquam autem vbiq; pręter q̃ in aqua & terra. In ea enim quę ipsius regione omnia grauitatẽ habent pręter ignem etiã aer.Signũ autem quia trahit plus inflatus vter vacuo.Itaq; si aliquid aeris habet plus q̃ terrę & aquę,in aqua quidẽ cõtingit leuius esse aliquo,in aere autem grauius. Aeri quidem enim non superfertur,aquę autẽ superfertur.*

Cum dixisset ꝗ composita ꝓpter simplicium differẽtiam ex quibus componuntur, his quidem plus,his autem minus participantia,hæc quidẽ sunt grauia,hæc autem leuia,instantiam quãdam intellexit dicẽtem.Si enim eadem ubiq; ex eisdem componũtur,ceu lignum unius talenti,& in aere & in aqua existens,ex eisdem cõstat elementis,& plũbum unius mnas similiter,& penes elemẽta leuitas & grauitas in cõpositis est,ut ꝓxime dixit Arist.Propter quid nõ ubiq; eadem grauia sunt & leuia. Sed in aere quidẽ grauius est lignum unius talenti plũbo unius mnas,in aqua autẽ ècõtrario.Ligno enim supernatãte plũbum deorsum cedit.Hanc igitur dubitationem nõ ut quidam putauerũt pręs- Cõm. 16.

